كَحَثَ *F. a.* Partem *alicui de opibus* concessit, manu hauriens *c.* ل *p. et* من *r. Kam.*

كَحْثَلَةٌ Magnitudo ventris. *Kam.*

كَحَصَ *F. a. n. a.* كَحْصٌ Obliteratus fuit *liber etc. Kam.*; Delevit *infortunium aliquem c. a. Kam.*; Percussit pede *terram* et perscrutatus est *c. a. Kam., et Intrans. n. a.* كُحُوص Deletus et obliteratus fuit, *de vestigio. Kam.*; Abiit per terram *struthiocamelus*, ut non appareret. *Kam.* II *n. a.* تَكْحِيص Obliteravit, delevit *librum c. a. r. Kam.*

كَحْصٌ Species plantae, cuius semen oculos locustarum refert. *Kam.*

كَاحِصٌ Pede percutiens. *Kam.*

أَطْلَالٌ كَوَاحِصُ Obliterata vestigia. *Kam.*

كَحَطَ (*pro* قحط) Defecit, desiderata fuit *pluvia. Kam.*

كَحْطٌ (*pro* قَحْطٌ) Sterilitas anni. *Kam.*

كَاحِطٌ Sterilis et annonae penuria laborans *annus. Kam.*

كُحُوفٌ *Pl.* Membra. *Kam.*

كُحْكُحٌ *et* كَحْكَحٌ Anus decrepita. *Kam.*; Camela annosa. *Kam.*

كَحَلَ *F. a. et o.* 1) Illevit collyrio, *pec.* stibio, *oculos suos c. a. Kam. Pass.* كُحِلَ Coecatus fuit. *Sobdat-Alhalab etc. codex*; 2) *F. a.* Gravis, sterilis fuit *annus. Kam.*; 3) Sterilitate et annonae penuria male affecit *annus c. a. p. Kam. Dj.* b) كَحِلَ *n. a.* كَحَلٌ 1) Nigras palpebras naturâ non adhibito collyrio habuit *oculus. Kam.*; 2) Virescentibus primum *plantis* obducta fuit *terra c.* ب. *Gol.* II *n. a.* تَكْحِيل Illevit collyrio, *pec.* stibio, *oculos suos c. a. r. Kam.* III Maligniter et hostiliter impetiit. *Reisk. ad Gol.* IV Virescentibus primum *plantis* obducta fuit *terra c.* ب. *Kam.*; Pabuli inopia laboravit *terra. Kam.* V Virescentibus primum *plantis* obducta fuit *terra c.* ب. *Kam.*; Collyrio, *pec.* stibio, illitos habuit oculos. *Dj.* VIII Collyrio illivit oculos *mulier. Dj. Et dicitur* اكتحلت الارض بالنبات Virescentibus primum plantis obducta fuit terra. *Kam.*; In calamitatem incidit. *Kam.* XI Virescentibus primum *plantis* obducta fuit *terra c.* ب. *Kam.*

كَحْلُ Annus sterilis. *Kam. Dj.* كَحْلُ *et* الكَحْلُ Coelum. *Kam. Dj.* صَرَّحَتْ كحل Nube omni caruit et serenum fuit coelum. *Dj.*, *et Adagio dicitur* بات هرار بكاحل, cum caedis auctor pro caeso occiditur. *Gol.*

كُحْلٌ Collyrium, *pec.* stibium. *Kam.*, *tum de* omni re, quae ad medelam in oculis ponitur. *Kam.*; *it.* Multae opes. *Kam. Dj.* *Dicitur* مضى لفلان كُحْلٌ. *Plur. rar.* أَكْحَالٌ Oleris species. *Kam.*; *est autem* كحل السودان *id. quod* بَشْمَة *i. e.* Species arboris baccas nigricantes ferens, quae ad oculorum medelam commendantur, *aut* ipsae illae baccae. كحل فارس *i. q.* انزروت Sarcocolla. *Kam.* كحل خولان Succus lycii (حُضض). *Kam.* كُحْلٌ *et* اَلْكُحْلُ Nomen coeli. *Kam.*

كَحَلٌ Nigredo illa oculorum (*vide* كَحِلٌ), *sc.* quod super alicuius ciliis nigredo est non producta stibio sed natura. *Kam. Caab b. Sohair. v.* 2 *schol.*

كَحِلٌ Stibio illitus *oculus. Kam.*

كُحَالٌ Stibium, antimonii species. *Kam.*; Sphaerula vel res talis comparata ad avertendam maligni oculi noxam. *Kam.*

كُحْلَةٌ Concha, quae contra fascinum et oculum malignum adhibetur. *Kam.*; Calendula *officinal.* (*plant.*). *Forsk. Flor. Aeg.* LXXIV. كَحْلَةٌ Coeli nomen. *Kam.*

كَحِيلٌ (*et cum* ة) *Pl.* كَحْلَى *et* كَحَايِلُ Collyrio, *pec.* stibio, illitus. *Dicitur* عينٌ كحيل *et* عينٌ كحيلةٌ. *Kam. Djeuh.*

كُحَيْلٌ Pix, *vel* Naphta: *quibus inunguntur cameli etc. Kam. Dj.*

كُحَلْ كُحَيْلَةٌ Voces, quibus oves increpantur. *Kam.*

كَحِيلَاء Planta aliter لسان الثور appellata. *Kam.*; Echium rubrum. *Forsk. Flor. Aeg.* LXII.

أَكْحَلُ *Fem.* كَحْلَاءُ Nigras a natura habens palpebrarum crepidines, ut stibio tinctae videantur, quum non sint, valde nigris praeditus *oculis. Kam. Dj.* امرأة كَحْلَاء Stibio illitos habens oculos mulier. *Dj.* الاكحل (*minus bene* عرق الاكحل) Vena in manu, *aliis* quae mediana vocatur. *Kam. Dj. Describitur in libro Albucas. de chirurg. p.* 460; Chrysoprasus gemma. *Gol. ex Exod.* XXVIII, 18; Corpore albicans et oculos nigricantes habens, *de ove. Kam.*; Planta, quae apibus nutrimento est, *aliis* planta quaedam in campis crescens, cui rosa pulchra est. *Kam.*; Planta aliter لسان الثور appellata. *Kam.*; Avis nomen. *Kam. conf. Forsk. descr. anim.* 12.

مِكْحَلٌ Stylus, quo collyrium ei illitum inditur oculo. *Kam. Dj.* المكحلان Duo ossa prominentia in loco, qui contiguus est interiori parti brachii (ذراع), *aliis* duo ossa coxae equinae. *Kam. Dj.*

مكحل مكحل Vox, qua oves ad mulctram vocantur. *Kam.*

مِكْحَالٌ Stylus, quo collyrium ei illitum inditur oculo. *Kam.*

مُكْحُلَةٌ Loculus, in quo stibium est. *Kam. Dj.*

مَكَاحِلُ *Pl.* (*vocab. serior. aevi*) Sclopeta (*Flinte*). *Vit. Tim. T. 1. p.* 324 *ed. Mang. Habicht. Epist. vocab.*

مَكْحُولٌ *F.* ة Illitus collyrio. *Kam.*

تَمَكْحَلَ Cepit capsulam (مكحلة), ubi stibium aliudve collyrium asservatur. *Kam.*

كَحَمَ *Idem quod* كَحَبَ (*vocabul. Iemanae incolis proprium. Ibn-Doraid.*).

كُحْمَةٌ (*idiomate Arabiae Felicis*) Oculus. *Kam.*

كَحَى *n. a.* كَحْيٌ Corruptus fuit, *de re. Kam.*

كَخَّ *F. i. n. a.* كَخِيخٌ Ronchissavit *in somno c.* فى *r. Kam.*

كَخْ *et* كَخِّ *et* كَخْ كَخْ *et* كِخْ كِخْ (*etiam cum* كِ) Vox increpantis puerum prohibentisque, ne quid capiat, *aut* ne se eo inquinet. *Kam.*

كَاخِرَةٌ Inferior pars podicis (inferior quam pars, quae جاعرة appellatur). *Kam.*

كَخَمَ *F. a.* Depulit loco suo *c. a. p. Kam.*

كَيْخَمٌ (*quasi Pers.* كَىْ خَانْ) Magnus, *de rege. Dicitur* سلطانٌ كَيْخَمٌ *et* ملكٌ كَيْخَمٌ. *Kam.*

كَدَّ *F. o. n. a.* كَدٌّ 1) Laboravit, molestiam pertulit. *Kam. Dj.*; 2) Molestiam paravit, Institit *rogando. Dicitur* كدّ فى الطلب. *Kam.*; Molestia affecit *c. a. p.*; Petiit, ut laborem susciperet *c. a. p. Kam.*; Operam dedit ac laborem intendit *rei c. a. Gol.*; 3) Contudit, comminuit *rem c. a. Gol.*; 4) Indicium fecit *alicui* digitis suis. *Kam.*, *c. a. p. et* ب *r. Dj.*; 5) Universam exhausit putei aquam. *Gol. ex Mar.*; 6) Pexuit *ca-*

put c. a. r. Kam.; 7) Attrahens manu arripuit *rem*, *de fluida et consistente c. a. r. Kam.* II Vehementer propulit et persecutus fuit *c. a. Kam.* IV Laborem imposuit *ei*, *et* importunus fuit *c. a. p. Gol.*; Tenax, avarus fuit. *Kam.* VIII Petiit *ab aliquo* diligentiam et molestiam (كَدّ), quam susciperet ille *c. a. p. Kam.*; Petiit *ab aliquo* mortarium *c. a. p.*; Tenax, avarus fuit. *Kam.* X Petiit *ab aliquo* diligentiam et molestiam, quam susciperet ille *c. a. p. Kam.*

كَدّ Diligentia, labor. *Gol.*; Id, in quo quid contunditur: *ut* mortarium. *Kam. Dj.*

كَدَدٌ *pro* كَتَدٌ. *Kam.*

كِدَّةٌ Terra salebrosa. *Kam.*

كُدَادٌ Pars plantae صليان, quae reiicitur. *Kam.*; Lacerus amictus. *Reisk. ad Gol.*; Nomen admissarii, a quo asinorum species denominatur. *Kam.* *Dicitur* بنات كُداد. *Djeuh.*

كَدَّان Colutea spinosa. *Forsk. Flor. Aeg.* LXX, 182.

كُدَدَةٌ (*et* كُدْدَةٌ) Pars iuris cibive residua in fundo ollae. *Kam.*

كَدُودٌ Difficilis haustu, *de puteo*. *Dicitur* بِئْرٌ كَدُودٌ. *Kam. Dj.*; Homo laboriosus. *Reisk. ad Gol.*

كَدِيدٌ Terra salebrosa, aspera. *Kam.*; Terra calcata a solidae ungulae animalibus. *Gol.*; Amplae terrae depressior tractus. *Kam.*; Sal grossius et semicontusum, eiusque effusi sonus. *Kam.* يوم الكديد Dies apud Arabes pugna notus. *Kam.*

كُدَادَةٌ Pars iuris vel cibi residua in fundo ollae. *Kam. Dj.*; Faeces butyri, quae in ima olla resident, quum coquendo depurgatur. *Kam. Dj.*

قومٌ أَكْدَادٌ Celeres homines. *Dj.*; Agmina separata. *Dicitur* رايتهم اكدادا, Vidi eos in agmina separatos. *Kam.*

أَكِدَّةٌ *Plur.* Reliquiae in prato, quod iam depastum fuit. *Kam.*; Agmina separata. *Dicitur* رايتهم اكدّة Vidi eos in agmina separatos. *Kam.*

أَكَادِيدُ *Plur.* Agmina separata. *Dicitur* رايتهم اكاديد Vidi eos in agmina separatos. *Kam.*

مِكَدّ Pecten. *Kam.*

مَكْدُودٌ *F.* 8 Calcatus, *de terra. Dj.*

كَدَأَ *F. a. n. a.* كَدْأً *et* كُدُوءٌ 1) Frigore affecta et in terram deiecta fuit *planta*, *aliis* prae aquae inopia lente cepit incrementum. *Kam. Dj.*; 2) Affecit et in terram deiecit *plantam frigus c. a. r. Kam.* b) كَدِئَ 1) Brevis et vilis fuit, *de planta. Kam.*; 2) Raucam vocem habuit, ut vomitare videretur, *corvus. Kam.* II *n. a.* تَكْدِئَةٌ Affecit et depressit in terram *frigus plantam c. a. r. Kam.*

ارض كادئة Lente plantam producens terra. *Kam.*

كَدْبٌ, كُدْبٌ, كَدَبٌ, كَدِبٌ *nom. gen.* (كَدَبَةٌ, كُدْبَةٌ *nom. unit.*) Albedo in unguibus apparens in adolescentia. *Kam.*

كَدِبٌ Ad albedinem vergens dilutusque *sanguis. Kam.*

كُدَّيْباء Albedo in unguibus apparens in adolescentia. *Kam.*

مَكْدُوبَةٌ *Fem.* Munda ac purae albedinis mulier. *Kam.*

كَدَجَ Bibit tantum, quantum satis erat. *Kam.*

كَدَحَ *F. a. n. a.* كَدْحٌ (*conf.* كَدّ) 1) Studuit, operam posuit *in aliquo opere* (*tam in malo quam in bono adhibetur*) *c.* فى. *Kam. Dj.* (*c.* ل *p. alicui*); *c.* الى *p.* Tetendit *ad aliquem*; 2) Victum quaesivit *suis c.* ل *p. Kam. Dj.*; Lucratus fuit *ab aliquo c.* الى *p. Hamas. p.* ٣٩ *l.* 2; 3) Foedavit, *vel* unguibus laceravit *faciem c. a. Kam.* (*et* lapide laesit. *Hamas. p.* ٣٩) (*minus quam* كدم); 4) Divisit discriminavitque *capillum pectine c. a. et* ب. *Kam.* II Foedavit, *pec.* unguibus *faciem c. a. Kam. Dj.* V Sauciata fuit ac lacerata *cutis. Kam. Dj.* VIII Victum quaeritavit *familiae c.* ل *p. Kam. Dj.*

كَدْحٌ *Pl.* كُدُوحٌ Excoriatio unguibus facta. *Kam.* (*Nonnullis* كدح *plus est quam* خدش, *sed minus quam* كدم.); Cicatrix.

كَدْحَةٌ Percussio.

مُكَدَّحٌ Excoriatam ab asinorum morsu pellem habens *asinus. Kam. Dj.*

كَدَرَ *F. o. n. a.* كُدْرَةٌ (*adhibetur de colore*), كُدُورٌ Impu-

rus turbidusque fuit *liquor*, *color*. *Kam.* b) كَدِرَ *n. a.* كَدَر 1) *Idem* (*de omni re*). *Kam. Dj.*; 2) Incommodis et adversae fortunae casibus turbata fuit *vita*. *Gol.* c) كَدُرَ *n. a.* كَدَارَة (كُدُورَة *de aqua et oculo*) Impurus, turbidus fuit. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَكْدِير Turbidum impurumque reddidit, inquinavit *c. a. r. Kam. Dicitur* كدر عيش فلان. *Dj.* V Impurus, turbidus fuit. *Kam. Dicitur* تكدرت معيشته. *Dj.* VI Defixus fuit obtutu oculus *in rem aliquam c.* في. *Gol.* VII Celer et festinus fuit. *Kam. Dj. Dicitur* انكدر في سَيْرِه. *Kam.*; Ex alto se demisit *accipiter*. *Kam. Dj.*; Praeceps ruit effususque fuit *in aliquem c.* على. *Kam.*; Dispersae sunt in coelo *stellae*. *Kam.* IX Impurus turbidusque fuit *liquor*, *color*. *Kam.*

كَدْر Impurus, turbidus. *Kam. Dj.*; Multus. *Diw. Huds.*; Copiosus. *Reisk. ad Gol.*

كُدْر Nomen avis. *Domair.*

كَدَر Pulvis. *Diw. Djerir.*

كَدِر Impurus, turbidus. *Kam. Dj.*

كُدُر Crassus, *de asino*. *Kam.*

كُدُرّ Iuvenis validus et brevi et crasso corpore praeditus. *Kam.*; Onager crassus. *Diw. Huds.*

كُنْدُر Crassus, *de asino*. *Kam.*

كُدْرَة Impuritas (*coloris*). *Dj.*

كُدَرَة Coenum in fundo receptaculi aquae, *vel* muscus mucorve superne innatans. *Kam.*; Nubes tenuis. *Kam.*; Velum navis maius. *Gol.*; *Pl.* كُدَر Merges seu manipulus demessae frugis. *Kam.*

كَدِير Impurus, turbidus. *Kam.*

كُدَرَاء Nomen oppidi Iemanensis, a quo corium denominatum fuit. *Kam.*

كُنَادِر Brevis crassusque et robustus, *et* Crassus, *de asino*. *Kam. Dj.*

كُدَارَة *i. q.* كُدَادَة. *Kam.*

كُدْرِيّ Nubes tenuis. *Kam.*; Species Kathae avis, colore fusca, ventrem dorsumque albis et nigris conspersa punctis, flava cervice. (*Tres eius species sunt* كُدْرِيّ, غطاط, جُونِيّ.) *A fusco colore denominata fuit. conf. De Sacy Chrest. Ar. T. II. p.* 369 *adn. ed. alt.*

كُدَارِيّ Nubes tenuis. *Kam.*

كُدَيْرَاء Cibus paratus ex lacte dulci, in quo macerati dactyli suavioris generis (*eo utuntur, ut pinguefiant mulieres*). *Kam. Dj.*

أَكْدَر *Fem.* كَدْرَاء *Pl.* كُدْر Impurus, turbidus. *Kam.*; Fuscus. بنات أَكْدَر Onagri, asini silvestres (*ab admissario quodam* اكدر *dicto denominati*). *Kam. Dj.*; *item* الاكدر Terrae superficiem radens *torrens*.

الأَكْدَرِيَّة Cognomen quaestionis in scientia, qua haereditatis portiones definiuntur, quae complectitur coniugem, matrem, avum, sororem patris et matris. *Kam. Dj.*

كَدَسَ *F. i. n. a.* كَدْس, كُدَاس, كَدَسَان 1) Sternutavit *brutum* (*interdum de homine*). *Kam. Dj.*; 2) Impulit, ut properanter incederet, gravatum onere *iumentum c. a. Kam. Dj.*; 3) Humi stravit *c.* ب *p. Kam.* II Accumulavit *c. a. Gol.* V Incessit, ac si onere pressus esset, *equus*. *Dj. conf. Hamas. p.* ١١٧ *l.* 1; Celeriter incessit *vir*. *Kam.*; In incessu movit humeros et extulit partem inter mammas sitam. *Kam.*

كُدْس *Pl.* أَكْدَاس Acervus frugum non excussarum. *Kam. Djeuh.*

كَادِس *Pl.* كَوَادِس Sternutans. *Diw. Hudseil.*; Id, ex quo augurium omenve capitur (*ut* sternutamentum, *pec.* res mali augurii: *ut* a tergo sese offerens). *Kam. Dj.*

كُدَاس Sternutamentum in brutis (*uti* عطاس in homine); Cumulus nivis. *Kam.*

كَدْسَة Sternutatio, *pec.* in brutis, *etiam* in homine, *quae proprie* عطسة *dicitur*. *Kam.*

كُدَّاس *Plur.* كَدَادِيس Acervus frugum non excussarum. *Kam.* (*Sic incolis Syriae. Ibn-Doraid.*)

كُدَاسَة Res accumulata una super alteram. *Kam.*

كَدَشَ *F. i.* (خدش) 1) Scabit *c. a. Kam.*; 2) Percussit ense aut hasta. *Kam.*; 3) Vehementer repulit *c. a. p. Kam.*; 4) Secuit *c. a. Kam.*; 5) Propulit, impulit *c. a. p. Kam.*; 6) Victum quaeritavit *familiae c.* ل *p. Kam.*; 7) Consecutus fuit *donum ab aliquo c. a. r. et* من *p. Kam.* IV Consecutus fuit *donum ab aliquo c. a. r.*

et من *p. Kam.* أكدش بخبر Finem rei nuntia. *Kam. Turc.* (*In Kam. Calc. est* اكدش.)

كديش Equus onerarius (*ut videtur*). *Taus. u. eine Nacht. T. I. p.* 150 *ed. Habicht.*

كدّاش Importunus et molestus rogando. *Kam.* (مكدّ, *non* مكدّى, *ut in Kam. Calc.*)

أكاديش *Pl.* Equi generosi. *Reisk. ad Gol.*

كدع *F. a.* Propulit, repulit *c. a. p. Kam.*

كُدْعة Vilis, despectus. *Kam.*

كدف Strepitus pedum, *aut* rei non visae. *Kam.*

أكدف Sonum ungulis edidit *iumentum. Kam.*

كدكد *n. a.* كدكاد, كدكدة 1) Vehementer risit. *Kam.*; 2) Vehementer percussit instrumento مدوس appellato *gladium* in poliendo. *Kam. Dj.*; 3) Vehementer propulit *c. a. p.*; 4) Lente et graviter incessit. *Kam.*; Lente cucurrit. *Dj.* II Vehementer propulit *c. a. p. Kam.*

كدكدة Rubedo ingens. *Kam.*

كندلى *et* كندلاة Species plantae marinae. *Kam.*, quae etiam شورة (شورى) appellatur. Cortex appellatur الايدع (Sanguis draconis), quae adhibetur in concinnandis coriis. *Kam.*

مُكَدَّل *i. q.* مُكَدَّر. *Kam.*

كدم *F. o. et i. n. a.* كدم 1) Momordit extimo ore *c. a.*, *ita uti asinus mordere solet.* (*vide* كدح.) *Dicitur* كدم فى غير مكدم Rem alieno loco quaesivit. *Kam.*; 2) Signavit ferro *rem*, signum impressit *c. a. Kam.*; 3) Propulit et persecutus fuit *feram c. a. Kam.* III Ore strinxit leviterve momordit, nec decerpere potuit *herbam pecus c. a. Kam.* IV *Pass.* Firmiter vinctus fuit (*captivus*) (ut effugere non posset). *Kam.*

كدم *nom. gen.* Locusta nigra et viridi capite praedita. *Kam.*

كدام Planta, quae super terra fracta et pluvia rigata rursus apparet, *et* اصل المرّى *appellatur. Kam.*; Vir senex. *Kam.*

كدمة Signum impressum. *Kam.*

كدمة Motus, us. *Kam.*

نعجة كدمة Ovis crassa. *Kam.*

كُدُمة Vir robustus, crassus. *Kam.*

كدامة Residua pars omnis rei, quae editur. *Kam.*; Species pyri. *Gol. ex Meid.*; Cauda seu petiolus pyri. *Gol. ex Gl. Meid.*

مكدم Locus morsus.

مكدم Morsus, a, um. *Kam.*

كدن *n. a.* كدن Panno velut zona se cinxit. *Dicitur* كدن بثوبه. *Kam.* b) كدن *n. a.* كدن 1) Relictis radicibus depasta fuit *planta* صليان *appellata. Kam.*; 2) (*vide* كتن) Nigrum fuit e pastu herbarum (*labium cameli*). *Kam.*

كدن *Pl.* كدون Pannus, qui cortinae domus inseritur, *vel* quem mulier sibi ad insidendum expandit in pilento. *Kam. Dj.*; Vehiculum muliebre. *Kam.*; Sella camelina. *Kam.*; Pellis de crure animalis detracta et depsendo concinnata, in qua velut mortario res contunduntur. *Kam. Djeuh.*

كدن Turbidus, impurus. *Kam.*

كدن *F.* 8 Carnosus, adiposus *vir*, *camelus. Kam. Dj.*

كدان Separata pars funis in capite cameli, qua, capite in latus tracto et alligato, camelum retinent. *Kam.*

كدنة Caro et adeps. *Kam. Dj.*; Tuber camelinum. *Kam.*; Populus. *Kam.*

كودن (*Pl.* كوادن) *et* كودنى Mare Arabico, sed equa alia natus *equus*; Equus ignobilis, clitellarius. *Kam. Dj.*, *et hinc* Bardus ac stolidus. *Dj.*; Elephas. *Kam.*; Mulus. *Kam.*

كدانة *Nomen* Natum esse e patre Arabe et matre serva. *Kam.* *Dicitur* ما أبين الكدانة فيه. *Dj.*

كديون Subtiliores arenae cum olei amurca mixtae, quibus mundantur et poliuntur loricae. *Kam. Dj.*

مَكْدُنَةٌ *Fem.* Pinguis vel tubere praedita *camela. Kam.*

كُدِينَق (*Pers.* كدينه) Malleus (*fullonum etc.*). *conf. Harir. p.* ٣٥١ *sq.*

كَدَهَ *F. a. n. a.* كَدْهٌ (*i. q.* كَدَحَ) 1) Foedavit et laceravit *faciem c. a. Dj.*; 2) Percussit vehementer, ut vestigium grave remaneret *c. a. p. Kam.*; 3) Fregit *rem c. a. r. Kam.*; 4) Divisit pectine *capillos c. a. r. Kam.*; 5) Vicit *aliquem c.* على *p. Kam.*; 6) Clamore increpavit *feram c. a. Kam.* II *n. a.* تَكْدِيهٌ *Id. Kam.* V Fractus fuit *cadens. Kam.*

كَدْهٌ *Pl.* كُدُوهٌ Percussio vehemens, qua vestigium magnum relinquitur. *Kam.*; Vox, clamor, quo ferae increpantur. *Kam.*

كُدَهٌ Clamor, quo ferae increpantur. *Kam.*

كديه *vox Pers.* Mendicatio. *Tochf. Ichw.*

مُكْدُوهٌ Moestus. *Kam.*

كَدَا *F. a. n. a.* كَدْوٌ , كُدُوٌّ 1) Durum fuit *solum*, *hinc* Tarde plantas protulit *terra. Kam. Dj.*; 2) Male crevit *seges. Kam. conf.* كدا ; 3) *F. i.* Parum largitus fuit, tenax et avarus fuit. *Kam.*; 4) Retinuit, occupavit *aliquem c. a. Kam.*; 5) Unguibus vulneravit *faciem c. a. r. Kam.*; 6) *n. a.* كَدَاءٌ Abrupit, impedivit *c. a. r. Dicitur* كدا خيرَهُ عنه . *Kam.* b) كَدِىَ *F. a. n. a.* كَدًى 1) Suffocatus fuit. *Dicitur* كدى بالعظم . *Kam.*; 2) Lac bibit *pullus camelinus*, *et inde* doluit ventrem. *Kam. Dj.*; 3) Male habuit *catulus* vomens tussiensque. *Dj.*; 4) Lassi tritique fuere *digiti* ex multa fossione terrae. *Dj.* IV Tarde plantas protulit *terra*; Parum largitus fuit, Tenax et avarus fuit (*i. e.* terrae كدية similis). *Kam. Dj.*; Gemmas non produxit, evacuata fuit *minera. Kam.*; Invenit solum durius, ad duriorem terrae partem pervenit *fossor etc. vide* كدية . *Kam. Dj.* أَكْدَى الرجلُ Vires defecerunt viro. اكدت اظفارك Reperisti tibi parem, qui tibi resistat. *Reisk. ad Gol.*; Durae terrae similem tenacem et avarum reperit, quem rogabat *c. a. p. Kam.*; Repulit avertitque *ab aliqua re c. a. p. et* عن *r. Dj.* V تَكَدَّى (*videtur pro* تكدد) Molestiam perpessus fuit. *Harir. p.* ٢١ *schol. l.* 1.

كَذٌ Odoris expers, *de aromate. Kam.*

كَذَى *pro* كذا Sic, ita (*vulgar. usu*). *Habicht. epistol. adnot.* 101.

كَذًى Lac, in quo dactyli macerati (*quo pinguescunt puellae*). *Kam.*

كَذَاءٌ Cumulus, *de frumento et terra. Kam.*

كُدْيَةٌ *Pl.* كُدًى Terra dura, Lutum durum. *Kam. Dj.* ضباب الكُدَى Lacertae terrarum durarum (*ita cognominatae, quod iis effodiendis deditae sunt*). *Kam.*; Petra magna, crassa. *Kam.*; Res dura media inter lapidem lutumque. *Kam.*; Cumulus. (*Vocabulum* شراب , *quod legitur in Kamuso Calc.*, *vitiosum est*, *pro* تراب .) *Kam. Turc. Dicitur* قعد على كدية من الطعام *vel* على كدية من التراب ; Adversa fortuna, infortunium. *Kam.*; *Pers.* Mendicatio. *Tochf. Ichw. p.* 104. *l.* 8 *infr.*

كَدِى Odoris expers *moscus. Kam.*

كَادِيَةٌ Dura *terra*; Adversa fortuna. *Kam.*

كَدَايَةٌ Cumulus, *de frumento et terra. Kam.*

امرأةٌ مَكْدِيَةٌ Mulier fatua. *Kam.*

كَذَّ Asper fuit. *Kam.* IV In lapidibus كَذَّان incessit. *Kam.*

كَذَّان Lapidum species, qui luti instar molles sunt. *Kam.*

كَذَا (*ex* ك *et* ذا *compositum*) Sic, talis. *Et tanquam nomen construitur* في شهرِ كذا Tali mense. فَكَذَا Sic, isto modo.

كَذَبَ *F. i. n. a.* كَذِبٌ , كِذْبٌ , كَذْبٌ , كِذَابٌ , كَذِبَةٌ , كِذْبَةٌ 1) Mentitus fuit. *Kam. Dj.*, *tum* Ab admissario inita cauda mota indicium fecit se esse gravidam, dum non concepit, *de camela. Kam.*; Remisit de cursu (*onager in venatione*) et ideo captus fuit. *Reisk. ad Gol.*; Debilis fuit, segnuit; 2) Necessarium fuit factu *c.* على *p. Sic* كذب عليكم الحجّ (*sed varia est horum verborum expositio*). *Kam. Dj.*; 3) *Pass.* Falso renunciatus fuit, *de viro. Kam.* II Mendacem *aut* mentitum esse dixit, mendacii arguit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; Effecit, ut mentiretur *c. a. p. Reisk. ad Gol.*; Ab admissario inita cauda mota indicium se esse gravi-

C 2

dam fecit, dum non concepit, *de camela*. *Kam.*; *n. a.* تَكْذِيبٌ Pusillanimis fuit. *Kam.*; *n. a.* كِذَّابٌ, تكذيب Abnegavit *rem c. a. r. Kam.*; Repulit, retinuit *a re aliquem c. a. p. et* عن *r. Kam.*; Depulit *ab aliquo c.* عن *p. Kam.*; Cucurrit, tum constitit, ut videret sequentem, *fera. Kam.*; Fefellit, irritus vanusque fuit, et non fecit, quod oportuit. *Dj.*; Cunctatus fuit. *Dicitur* ما كذّب ان فعل كذا. *Kam.*; Periit defecitque *lac camelae. Dj.* III *n. a.* كِذَّابٌ, مُكَاذَبَةٌ Mendacium dixit *alicui c. a. p. Kam.* IV Impulit ad mentiendum *c. a. p. Kam.*; Mendacem *aut* mentitum esse dixit, mendacii arguit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.* (*Alcesai discrimen statuit inter secundam et quartam*; *secundam esse* Dixit, nuntiavit, aliquem esse mendacem, *quartam* Dixit aliquem mendacium attulisse. *Dj.*); Deprehendit reperitque mendacem *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; Abnegavit. *Jac. Schult.*; Inclamatus dormientem et non audientem se finxit. *Kam.* V Deditus fuit mendaciis. *Kam. Dj.*; Contendit falso *aliquem* mendacem esse *c. a. p. Kam.* VI *De plur.* Mendaciis usi sunt, falsoque egerunt inter sese. *Dj.* X Mendacii arguit *aliquem c. a. p. Meid.*

كَذْبٌ, كُذْبٌ, كَذَبٌ, كِذْبٌ, كَذِبٌ *i. q.* كَذِبٌ. *Kam. s.* كذب.

كَذِبٌ Mendacium. *Kam.*

كَاذِبٌ *Pl.* كُذَّبٌ Mentiens. *Kam. Dj.*; Falsus, *et* non verus nec sincerus. *Gol.*; Quae inita ab admissario cauda mota indicium facit, se gravidam esse, dum non concepit, *de camela. Kam.*

كُذَبَةٌ Mendax. *Kam. Dj.*

كَذُوبٌ *Pl.* كُذُبٌ Mentiens. *Kam. Dj.*; Anima. *Kam.*

كُذَّى Mendacium. *Kam.*

كَذَّابٌ Mendax, *pec.* mendaciis deditus. *Kam. Dj.*; *Dual.* الكذّابان Cognomen Mosailimae Alhanafi et Alaswadi Alahnsi. *Kam.*

كُذَّابٌ Mendacium. *Kam.*

كَذْبَانٌ Mendax. *Kam.*

كُذْبَانٌ Mendacium. *Kam.*

كُذُبْذُبٌ Mendax. *Kam. Dj.*

كَاذِبَةٌ Mendacium. *Kam. Dj.*

كُذُوبَةٌ Mendax. *Kam.*; Anima. *Kam.*

كُذُبْذُبٌ Mendax. *Kam.*

كَيْذُبَانٌ, كَيْذَبَانٌ *Idem. Kam. Dj.*

كُذُبْذُبَانٌ *Idem. Kam.*

أُكْذُوبَةٌ *Pl.* أَكَاذِيبُ Mendacium. *Kam. Dj.*

تِكِذَّابٌ Mendax. *Kam.*

مَكْذُوبٌ Mendacium. *Kam.*; *cum* عليه Is, qui falso noxius criminis declaratur.

مُكَذِّبٌ Quae cauda mota indicium facit, se esse gravidam, quum non concepit, *de camela. Kam.*

مَكْذَبَةٌ, مَكْذُبَةٌ *Pl.* مَكَاذِبُ Mendacium. *Kam.*

مَكْذَبَانٌ Mendax. *Kam.*

مَكْذُوبَةٌ Mulier debilis. *Kam.*; Mendacium. *Kam. Dj.*

مَكْذَبَانَةٌ Mendax. *Kam. Dj.*

كَذَجٌ (*ex Pers.* كَدَهْ) Locus, quo quis divertit, caupona. *Kam.*

كَذَحَ Iecit glareâ et pulvere *ventus aliquem c. a. p. Kam. conf.* كثح.

كَذْكَذَةٌ Rubedo vehemens. *Kam.*

كذين *Vulg. et* كُذَيْنَةٌ *et* كُوذِينَةٌ *et*

كُذَيْنَق (*vox peregr.*) Instrumentum, quo fullo pannos tundit. *Cod. Lugd.* 124. *Hamas. p.* ٨١٩.

كَذَا *et* كَذَى (*compos. ex* كَ *et* ذا) Ita, sic.

كَاذِى Keura odorifera. *Forsk. Flor. p.* 172; Serapion. *Sprengel hist. rei herb. T. I. p.* 270.

كَرَّ *F. a. n. a.* كَرٌّ, كُرُورٌ, كَرِيرٌ, تَكْرَارٌ 1) Rediit. *Dicitur* كَرَّ بنفسه. *Kam.*; Rediit ad pugnam *contra aliquem* post fugam captam *c.* على *p.*, *tum* Rediit, recessit *ab aliquo c.* عن *p. Kam.*; 2) *F. i. et a.* Edidit e pectore sonum, qui كرير dicitur. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَكْرَارٌ, تَكِرَّةٌ, تَكْرِيرٌ Repetivit saepius *rem c. a. r. Kam. Dj.*; Huc illuc agitavit *nubem* dispersam in unum cogens *ventus c. a. Gol.*; Succinctorio induit. *Gol. ex Mar.* V Iteratus fuit. *Gol. ex Zjar.*; Multum recurrit rediitque. *Gol. ex Mar.*

كِرّ *Pl.* كِرَار *et* كُرُور Vinculum ex foliis palmae, *vel* ligni eius villis fibrisve ليف dictis confectum. *Kam.*; Funis, quo conscenditur palma, dum trunci nodosis partibus iniicitur. *Dj.*, *aliis* funis crassior, *aliis* funis (*gener. signif.*). *Kam.*; *Pl.* كُرُور Funis veli navis. *Kam.*; *Pl.* أَكْرَار Id, quo continentur duo ligna sellae camelinae ظلفتان dicta. *Kam. Dj.*; *Pl.* كِرَار Terra plana, in qua restagnat aqua, *vel* scrobs arenarum, in qua colligitur aqua, ut pura fiat. *Kam.*; *et Masc.* Puteus. *Kam.*; Piscina. *Meid.*; Campus et arena pugnae. *Gol.*; *Pl.* أكرار *et* كُرُور Linteum stratumve, super quo peraguntur preces. *Kam.*

كُرّ *Pl.* كِرَار Puteus (*gener. mascul.*). *Kam.*; Species mensurae aridorum in Iraca, *nempe* sex onera asinorum, *i. e.* sexaginta تغيز. *Kam.* (continens 7100 libras. *Gol. ex Dest.*), *vel* quadraginta إِرْدَبّ (Artabas). *Kam.*, *vel* 12 وسق onera, quorum singula faciunt صاع seas 60: *estque* χορός. *Luc.* XVI, 7. *Gol.*; Vestimentum. *Kam.*; Arum colocasia (*planta*). *Forsk. Flor.* CXX.

كَرَار (*forma* قَطَامِ) Sphaerula conchulave, qua in fascino utuntur. *His autem verbis utebatur incantatrix*: يا كرار كرّيه ويا هَمْرَةُ اهْمِرِيه إِنْ أَقْبَلَ فَسُرِّيه وإِنْ أَدْبَرَ فضرّيه. *Kam. Dj.*

كَرَّة *Pl.* كَرَّات Reditus. لو ان لى كرة O si mihi reditus esset in mundum! *Coran. Sur.* 39, 59; Vicis una, impetus unus. *Kam. Dj.* كَرَّةً Aliquando; Summa, totum, universum. *Gol.* الكَرَّتَان (*conf.* القرتان) Matutinum tempus et vespera. *Kam. Dj.*

كُرَّة Stercus iumenti putridum, quo poliuntur loricae. *Kam. Dj.*; Piscina. *Meid.*

كَرِير Sonus e pectore editus: velut cum quis strangulatur. *Kam. Dj.*; Extremus spiritus moribundi. *Kam.*; Raucedo ex pulvere orta. *Kam.*

كُرِّىّ Impetus, vicis. *Kam.*

كَرَّار Saepius ad pugnam rediens repetito impetu. *Kam.*

تَكْرَار Repetitio verborum aut sensus. *conf. libr. meum Darstell. d. Arab. Versk. p.* 538.

مَكَرّ Locus impetus, pugnae. *Kam. Dj.*

مِكَرّ Ad impetum iteratum faciendum idoneus *equus*. *Kam.*; Iterum rediens ad pugnam et repetitis vicibus impetum faciens. *Kam.*

المُكَرَّر Littera Ra (ر). *Kam.*

ناقة مِكَرَّة Quae bis quotidie mulgetur camela. *Kam.*

كَرَارِيك Animal marinum quodd. *Tochf. Ichw. p.* ١٥٣ ٤٣٣.

كَرَبَ *n. a.* كَرْب 1) Torsit *funem c. a. r.*; 2) Arctius compressit, adstrinxit *compedem c. a. r. et* على *p. Kam. Dj.*; 3) Afflixit, anxit *moeror aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; 4) *n. a.* كَرْب, كِرَاب Sulcavit ad serendum *agrum c. a. r. Kam. Dj.*; *F. o.* Sulcatum agrum consevit. *Kam.*; 5) *n. a* كَرْب Instruxit fune كرب dicto *situlam c. a. r. Kam.*; 6) Usus fuit in massa expandenda cylindro كريب appellato *pistor. Kam.*; 7) *n. a.* كُرُوب (*conf.* قرب) Propinquus fuit. *Kam. Dj.* كرب ان يفعل Prope fuit parumque abfuit quin faceret. *Kam. Dj. conf. De Sacy Gramm. Ar. T. II. p.* 213 *sq. ed. alt.*; Occasui propinquus fuit, *de sole. Kam. Dj.*; Prope fuit, ut exstingueretur, *de vita ignis. Kam. Dj.*; 8) Oneravit *camelum c. a. Kam. Dj.*; 9) Comedit dactylos كرابة appellatos. *Kam.* b) كَرِبَ *F. a.* Ruptum in situla habuit funem, qui كَرَب dicitur. *Kam.*

II Instruxit fune كَرَب dicto *situlam c. a. r. Kam.*; Edit dactylos كرابة appellatos. *Kam.*; Usus fuit in massa expandenda cylindro كريب appellato *pistor. Kam.*

III (*i. q.* قارب) Propinquus fuit *alicui c. a. p. Kam.*

IV *n. a.* إِكْرَاب Instruxit fune كَرَب dicto *situlam c. a. r. Kam. Dj.*; Coniecit in angustiam, moerore affecit *c. a. p.*; Implevit *c. a. r. Kam.*; Properavit. *Kam. Dj.*

V Collegit decerpsitve *dactylos* كرابة *dictos c. a. r. Kam.* VIII Moerore affectus fuit, moeruit. *Kam.* IX Moerore pressus fuit, anxius fuit. *Taus. u. eine Nacht. T. III. p.* ٧٤ *ed. Habicht.*

كَرْب *Pl.* كُرُوب Moeror, et sollicitudo. *Kam.*

كَرْب Appropinquatio (*videtur pro* قُرْب), *dicitur enim* هذه ابل مائة او كُرْبُها Centum cameli vel circiter sunt. *Kam.*

كَرَب *Sing. et Plur.* Radix infimave pars rami palmae (ea-

que crassior ac latior. *Kam.*). *Kam. Dj.*; Funis, qui ad mediam urnae ansam religatur, ne funis magnus aquam attingat et putrescat. *Kam. Dj.*; Nomen duarum stellarum, quae ad Pegasum pertinent. *conf. Ideler Untersuch. p.* 114.

الكراب *sc.* الكرابُ على البقر *pro* الكلابُ Dimitte canes in boves. *Kam.*

كُرْبَةٌ *Pl.* كُرَبٌ Moeror, sollicitudo. *Kam. Dj.*

كَرَبَةٌ (كَرْبَةٌ. *Kam.*) *Pl.* كِرَابٌ Locus, quo per vallem aqua fluit. *Dj.*

كَرَبَةٌ Lignum, cui inseritur caput pali tentorium sustinentis. *Kam.*

كَرِيبٌ Moestus. *Kam.*; Sulcus *agri. Kam.*; Iugerum. *vide* جريب; Cylindrus pistoris, quo expanditur massa. *Kam.*; Nodus arundinis. *Kam.*

كُرَّابٌ Aliquis, ullus. *Kam. Dj.*

كَرْبَانُ Prope plenus, *de vase. Kam.*

كَرَابَةٌ Calamitas, infortunium. *Kam.*

كُرَابَةٌ *et* كُرَابَةٌ *Pl.* أَكْرِبَةٌ Dactyli, qui colliguntur ex parte ramorum, quae stirpi proxima est. *Kam.*

كَرِيبَةٌ *Pl.* كَرَائِبُ Infortunium *et* calamitas. *Kam. Dj.*

كرابية Inflammatio in cerebro. *conf. Sprengel Geschichte d. Medic. Cultur. T. II. p.* 303.

كَرُوبِيُّونَ Cherubim. (*Hebr.* כְּרֻבִים), Principes angelorum. *Kam.*

إِكْرَابٌ *nom. act.* Festinantia. *Kam.* خذ رجليك باكراب Festina, move celeriter pedes. *Gol.*

مُكْرَبٌ Magna urinae suppressione correptus seu laborans *equus. Gol.*; Impletus nervis *articulus. Kam.*; Firmus, robustus, *de fune, aedificio, articulo, equo. Kam. Dj.*; *F.* ة Instructus fune كَرَبٌ dicto, *de situla. Kam.*; *Fem. Pl.* الْمُكْرَبَاتُ Camelae adductae ad portas in magno frigore, ut fumum percipiant. *Kam.*

مُكَرَّبٌ Crassus. *Reisk. ad Gol.*

مَكْرُوبٌ Moestus, moerore afflictus. *Kam.*; Adstrictus, coarctatus, *de compede. Kam.*

كُرْبُجٌ Taberna *vel* utensilia tabernae olitoris. *Kam.*

كَرْبَحَ *n. a.* كَرْبَحَةٌ 1) Prostravit *c. a. p. Kam.*; 2) Lente cucurrit. *Kam.*

كَرْبَحَةٌ Cursus tardior quam كردحة. *Kam.*

كَرْبَدَ Nervos intendit *in cursu c.* فى *r. Kam.*

كُرْبِزٌ Cucumeres magni. *Kam.*

كَرْبَسَ *n. a.* كَرْبَسَةٌ Incessit modo compedibus vincti. *Kam.*

كِرْبَاسٌ *Plur.* كَرَابِيسُ (*vox Pers.*) Carbasus, sindon, *i. e.* panni gossipini tenuis et candidi genus. *vide* כַּרְפַּס. *Esth.* 1, 6.

كَرَابِيسِيٌّ Qui sindonem venundat. *Kam.*

مُكَرْبَسٌ Compresso in se coactoque *capite* praeditus. *Dicitur* هو مُكَرْبَسُ الراس. *Kam.*

كَرْبَشَ *n. a.* كَرْبَشَةٌ 1) Cepit et ligavit *c. a. r. Kam.*; 2) Incessit modo vincti. *Kam.*; 3) Contraxit pedes ad saliendum. *Kam.* II Corrugatus fuit, *de cute. Kam.*

كَرْبَعَ 1) Prostravit *aliquem c. a. p. Kam.*; 2) Dissecuit *gladio rem c. a. r. et* ب *instr.*; 3) Disiunxit *pedes c. a. r. Kam.*

كُرْبُقٌ (*ut* كربج) (*Pers.* كربه) Taberna (حانوت). *Cod. Lugd.* 124.

كَرْبَلَ *n. a.* كَرْبَلَةٌ 1) Incessit per lutum et lente incessit. *Kam. Dj.*; Intravit *in aquam* et transvadavit *c.* فى *r. Kam.*; 2) Miscuit *rem re c. a. r. et* ب. *Kam.*; 3) Cribravit et mundavit *triticum c. a. r. Kam. Dj. conf.* غربل.

كُرْبُلٌ Planta, cui flos ruber lucens est. *Kam.*

كِرْبَالٌ *Pl.* كَرَابِيلُ Instrumentum, quo extricatur dividiturque gossipium. *Kam. Dj.* Est autem arcus magnus, cuius nervo attracto atque in gossipium dimisso partes eius a se invicem disiunguntur. *Gol.*

كَرْبَلَةٌ Laxitas pedum. *Kam.*

كَرْبَلاءُ Nomen loci in extremo deserto Cufae, qui inclaruit caede et sepulcro Huseini filii Alii: *forte a soli mollitie sic dictus fuit. Gol.*

جاء يَمْشِي مُكَرْبِلًا Venit languide incedens, ita ut videretur per lutum ire.

سَنَةٌ كَرِيتٌ Annus completus. *Kam.*

تَكَرْتَبَ Conversus fuit *contra aliquem c.* على *p. Kam.*

كَرْتَحَ *n. a.* كَرْتَحَةٌ (*conf.* كربح) Prostravit *c. a. p. Kam.* II Celeri transitu incessit. *Dicitur* تكرتح في مشيته. *Kam.*

كَرْتَحَةٌ *i. q.* كَرْدَحَةٌ. *Dj.*

كَرْتَعَ Incidit in rem ipsum non spectantem. *Kam.*

كُرْتُعٌ Brevis, parvus. *Kam.*

كُرْتُومٌ Petra. *Kam.*; Longa, elata pars terrae. *Kam.*

كِرْتِيمٌ (*conf.* كِرْزِينٌ) Securis. *Kam.*, qua arbores caeduntur.

كَرَثَ *F. o.* Pressit, afflixit *moeror*, et molestia affecit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.* IV *Idem c. a. p. Kam. Dj.* VII Abruptus fuit *funis. Kam.* VIII Sollicitus fuit. *Dicitur* ما اكترث له Eum non curo. *Kam.*

كَارِثٌ *F.* ة *Pl.* كَوَارِثُ Affligens. *Kam.*

كَرَاثٌ Arbores magnae in montibus Tajef. *Kam. Diw. Huds.*; Porrum. *Reisk. ad Rhaz. libr.*

كَرِيثٌ Gravis, difficilis, *de re. Kam.*; A proposito recedens. *Dicitur* انه كريث الامر A re, quam sibi proposuit, recedit. *Kam.*; Afflictus, molestia pressus. *Diw. Hudseil.*

كُرَّاثٌ, كُرَاثٌ Porrum. *Kam. Dj.*

كُرَّاثِيٌّ Porraceus.

كَرْثَأَ Multus et densus fuit, *de coma vel alia re.* II *Id. Kam.*

كِرْثِئٌ Plantae densae, implicatae. *Kam.*

كِرْثِئٌ Nubes elata et accumulata. *Kam.*; Superior ovi cortex. *Kam.*; Plantae densae, implicatae. *Kam.*

بسر كَرِيثَاءُ *et* بُسْرٌ كَرَاثَاءُ Dactyli immaturi iam adulti, boni. *Kam.*

كَرِجَ Corruptus fuit, mucuit, mucorem contraxit *panis.* II, IV *et* V *Idem. Kam. Dj.*

كُرَّجٌ Instrumenta, quibus in Iraca in saltationibus utuntur. Ligna sunt, quae formam equorum sellis instructorum habent. Appenduntur tunicis, quas induunt sibi mulieres et quibus celerem equorum cursum imitantur. *Ibn-Chaldun.*

كُرَّجٌ *Pers.* Ludi nomen. *Cod. Lugd.* 124.

كُرَّجٌ *Pers.* كُرَّهْ Pullus equi, equuleus. *Kam. Dj.*

كُرَيْرِجٌ Species piscis brevis et viridis. *Kam.*

كُرَارِجَةٌ *Idem. Kam.*

كَيَارِجَةٌ (*Pers.* كراجه) Ingluvies avis. *Kam. s. voce* شقلة.

كُرَّجِيٌّ Cinaedus. *Kam.*

كَرْحٌ *Pl.* أَكْرَاحٌ Cellula eremitae. *Kam.*

كَارِحٌ *et* كَارِحَةٌ Fauces hominis. *Kam.*

أَكَيْرَاحٌ Loca quaedam, ad quae Christiani exeunt in festis suis. *Kam.*

كَرَخَ Collegit. *Dicitur* كرخ الماء الى موضعه (*vox Nabathaea*).

كَارِخٌ Is, qui aquae viam facit et eam propellit. *Kam.*

كُرَاخَةٌ (*Vocabulum incolis Sewadae Iracae proprium*) Segmentum longum storeae. *Kam.*

كَرْخِيَّةٌ Cognomen vini.

كَرَدَ *F. o. n. a.* كَرْدٌ 1) Impulit, propulit *iumentum c. a. r. Kam.*; Propulit et persecutus fuit *hostem c. a. Kam. Dj.*; 2) Praecidit, detondit *c. a. Kam.* III *n. a.* مكاردة Propulit *c. a. p. Kam. Dj.*

كَرْدٌ (*Pers.* كَرْدَنْ) Collum, *aliis* radix colli. *Kam. Dj.*

كُرْدٌ *Pl.* أَكْرَادٌ Curdi, gens Chaldaica: Gordiaei. *Kam.*

Dj.; Agri pars, quae sextario frumenti conseri potest. *Kam.*

كُرْدِيدَةٌ *Pl.* كَرَادِيدُ Quantitas magna, *vel* cophinus dactylorum, *aliis* pars eorum in fundo cophini remanens. *Kam. Dj.*

مَكْرُودٌ Resectus, detonsus, *de barbae ala. Kam.*

كَرْدَحَ *n. a.* كَرْدَحَةٌ (*conf.* كَرْتَحَ) Pumilionis more et brevi ac incitato passu incessit cucurritve. *Dj.*; Prostravit *c. a. Kam.* (*conf.* كرتح). II Volutatus fuit. *Kam. Dicitur* سَقَطَ من السطحِ فتكردح. *Dj.*; Celeri transitu incessit (تكرتح). *Kam.*

كِرْدِحٌ Vetula. *Kam.*; Vir durus. *Kam.*

كُرَادِحٌ Brevis. *Kam.*

كِرْدَاحٌ Celeriter currens. *Kam.*

كَرْدَحَةٌ Cursus celer. *Kam.*

كَرْدَحَاءُ Incedendi quidam modus. *Kam.*

مُكَرْدَحٌ Vilis redditus, habitus. *Kam.*

كِرْدَارٌ (*vocab. Persic.*) Aedificium, quod aliquis in terra aliena exstruxit, *vel* Arbores, quas ibi plantavit. (*In his autem est ipsi ius vendendi, dum alter, cui terra est, non habet ius, quod* شُفْعَةٌ *appellant.*) *Kam.*

كَرْدَسَ *n. a.* كَرْدَسَةٌ 1) In agmina turmasve disposuit *equites c. a. Kam.*; 2) Ligavit, vinxit *c. a. Kam. Dj.*; 3) Incessit vincti modo, et contracto gradu. *Kam. Dj.*; 4) Valide et vehementer propulit *c. a. Dicitur* كردس الحمارَ. *Kam.*; 5) *Pass.* كُرْدِسَ Vinctus fuit manibus pedibusque colligatis. *Kam. Dj.* II Contracto, compacto corpore praeditus fuit. *Kam. Dj.*

كُرْدُوسَةٌ *Plur.* كَرَادِيسُ *et* كَرَادِسُ Turma equitum magna. *Kam.*; *it.* Os, quod alteri in articulo contiguum est. *Kam.*; Os, in quo est caro multa compacta. *Kam. conf. Reisk. ad Abulfed. Annal. T. I. p.* 192.

الكردوسان Cognomen Kaisi et Moawijjae filiorum Hinthae ben-Malic ben-Said ben-Manat ben-Tamim. *Kam.*

مُكَرْدَسٌ Compacta statura praeditus. *Kam. Dj.*

كَرْدَمَ *n. a.* كَرْدَمَةٌ (*conf.* كَرْدَحَ) 1) Cucurrit modo pumilionis. *Dj.*, *vel* Inclinato in unum latus corpore cucurrit. *Kam.*; 2) Collegit, congregavit *homines c. a. Kam.* II Correptus timore cucurrit. *Kam.*

كَرْدَمٌ Brevis. *Kam.*, crassusque corpore. *Dj.*; Strenuus. *Kam.*

كُرْدُومٌ Brevis. *Kam.*

كَرَزَ *F. i. n. a.* كُرُوزٌ 1) Ingressus fuit. *Kam.*; 2) Se abscondit. *Kam.*; 3) Confugit *ad aliquem c.* الى *p. Kam.*; 4) Inclinavit *ad aliquem c.* الى *p. Kam.*; 5) Odoratus *urinam* fuit *admissarius c. a. Kam.*; 6) (*a Chald.* כְּרַז *vel a Graec.* κηρύσσειν) Proclamavit, praedicavit *evangelium c.* ب. *Gol. ex Matth.* x, 7; 7) Recondidit, asservavit *rem c. a. r.* b) كَرِزَ Multus fuit in edendo caseo molli acidoque أَقِط dicto. *Kam.* II *Passiv.* كُرِّزَ *n. a.* تَكْرِيزٌ Plumas amisit *falco. Kam.* III Properavit *ad locum* seque abdidit *ibi c.* الى *l. Kam.*; Fugit *ab aliquo c.* عن. *Kam.*; Certavit, uter praeverteret *c. a. p. Kam.*

كُرْزٌ *Pl.* كِرَزَةٌ Pera, saccus pastoris. *Kam.*, *et* Homo, vir illaudatus, ignavus.

كُرَّزٌ *Pl.* كَرَارِزَةٌ Accipiter et falco; Avis secundum agens annum. *Kam.* (ad venandum igitur aptus. *Meid.*); Vilis, Foedus. *Kam.*; Blaesus, impeditus in sermone, non distincte loquens. *Kam.*; Solers, ingeniosus, dexter. *Kam.*

كَارِزٌ Contractus; *Chald.* כָּרוֹזָא Praeco, praedicator. *Gol.*

كُرَازٌ *et* كُرَّازٌ *Pl.* كِرْزَانٌ (*Pers.* كُوزَه) Cantharus angusto capite praeditus, ampulla (ansa carens. *Incolis Iracae. Harir. p.* ٣٣٠ ٥١٣). *Kam.*, *pec.* qualem circumferre solet viator; Hydria.

كَرِيزٌ Caseus mollis acidusque. *Kam.*; Lac acidum, siccum, *aliis* non durum, *aliis* Species quaedam eius, in quam plantam حصيص appellatam indiderunt.

كَرَّازٌ Aries, qui peram viatoris portat. *Kam.*, *ad quod non vix alius, quam qui fracta habet cornua, deligi solet. Gol.*; *et vulgo idem quod* كُرَّازٌ. *Hamas. p.* ١٧ *fin.*; Figulus. *Hamas. p.* ١٨.

كريزة *Graec.* κήρυγμα Praedicatio. *Kam. Gol. ex Matth.* xii, 41.

كرزى Vilis, Foedus. *Kam.*

مكرز *Idem. Kam.*

كرزم *n. a.* كرزمة Medio die cibum sumsit. *Kam.*

كرزم (*conf.* كرزن) Securis magna. *Kam.*; Brevi praeditus naso. *Kam.*

كرزم Multum comedens, vorax. *Kam.*

كرزيم Securis magna. *Kam.*; *Pl.* كرازيم Calamitas gravis. *Kam.*

كرزن و كرزن و كرزين *Pl.* كرازن Magna securis. *Kam.*; Securis uno capite. *Gol.*

كرزن Corona capitis plumata gemmis, aut simile quid: *Persis* ميان سر Mian Ser *vocatur. Gol.*

كرس *Pl.* أكراس, *et inde* أكاريس *et* أكارس Coniunctae domus. *Kam. Dj.*; Habitaculum, quod ad excipiendos agnos caprarum exstruitur simile columbario. *Kam.*; Stercus cum urina pecudum compactum. *Kam. Djeuh.* أكارس Agmina hominum. *Diw. Huds.*; *et Pl.* أكراس Linea seriesve margaritarum aliarumve sphaerularum in torque. *Dicitur* قلادة ذات كرسين *et* ذات أكراس. *Kam.*; Origo. *Dj.*; (*et pro* كلس *male*) Calx viva. *Kam.*

كرس II *n. a.* تكريس Fundamentum iecit domus. *Kam.* *vide* كرس; Posuit seriem unam super altera, *sec. al.* Lineas, strias duxit. *Diw. Hudseil.* IV Stercore et urina inter se cohaerentibus inquinatus fuit, *de iumento et de domo. Kam.*; Immisit in habitaculum كرس appellatum *agnos caprarum c. a. Kam.* VII Pronus concidit *super rem c.* على *r. Kam.*; Prono demissoque capite ingressus *in aliquid* fuit *c.* في. *Kam. Djeuh.*

كرسة Fibula, *scil. Hebr.* קֶרֶס. *Gol. ex Exod.* xxxv, 22.

كروس *et* كروس Capito, magno capite praeditus. *Kam. Dj.* *Hamas. p.* ٣١٤ ٤٥٥; *it.* Homo niger. *Kam.*; Magnis ungulis crassisque pedibus praeditus *camelus. Kam.*

كرياس Latrina in supremo domus tecto, quae demissum sub terram canalem habet. *Kam. Dj.*

كرسى (*interdum* كرسى) *Pl.* كراسى Solium, sella, sedes, *tum* communis (*a* سرير *differt, quod haec vox significat* thronum regium), *tum* patriarchae et iudicis: *uti* عرش *est* solium regis. *Gol.*; Doctrina. *Dicitur* هو من اهل الكرسى. *Kam.* كرسى الجوزاء Nomen trium stellarum λ, β, ψ, quae pertinent ad Amnem. *conf. Ideler Untersuch. p.* 228, *et* Nomen quatuor stellarum α, β, γ, δ ad Leporem pertinentium. *Ibid. p.* 236.

كراسة *Pl.* كراس *et* كراريس Pars libri. *Kam. Dj.*

مكرس *F.* ة Ex margaritarum et aliarum rerum ordinibus compactus, et maioribus per interstitia baccis distinctus, *de torque. Kam.*

مكرس *F.* ة *Idem. Kam.*; Pinguis brevi corpore et carnosus. *Kam.*

كرسع 1) Cucurrit. *Kam.*; 2) Percussit *aliquem* ense in loco كرسوع appellato *c. a. p. Kam.*

كرسوع *Pl.* كراسيع Protuberans extremitas ossis زند appellati, quae digito minimo contigua est, *aliis* Os parvum in extrema tarsi parte وظيف appellata, ea parte, qua talo contigua est (*in ovibus aliisque, non in hominibus*).

كرسعة Turba coetusque hominum. *Kam.*

كرسوعة *Idem. Kam.*

كرسف *n. a.* كرسفة 1) Incidit suffraginem *iumenti c. a. Kam.*; 2) Arcte compede vinxit *camelum c. a. Kam.*; 3) Instruxit gossipio كرسفة appellato *atramentarium c. a. r. Harir. p.* ٥٩. II Compressa fuit, ut partes eius una in alteram intrarent, *res. Kam.*

كرسف Gossipium. *Kam. Dj.*

كرساف Obscuritas (*in oculo*). *Kam.*

كرسفة Gossipium, quod inditur atramentario. *Harir. p.* ٥٩.

كرسوف Gossipium. *Kam.*

كرسافة Obscuritas (*in oculo*). *Dicitur* حدث في عينه كرسافة. *Kam.*

كُرْسُفِيّ Species mellis. *Kam.*

كَرْسَمَ Conticuit oculosque in terram defixit. *Kam.*

كَرْسَنَّة Vicia. *Kam.*

كَرِشَ *n. a.* كَرْش 1) Corrugatus fuit, *de pelle. Kam.*; 2) Agmen accepit, qui solus fuerat. *Kam.* II *n. a.* تَكْرِيش Contraxit *vultum c. a. r. Kam.*; Paravit cibum مكرشة dictum. *Kam.* V Congregatus fuit, *de gente. Kam.*; Contractus, corrugatus fuit, *de vultu.* X Factus est كرش *i. e.* ventriculus, qui pabulum digerit, qui fuerat انفحة (ventriculus, qui solum lac admiserat). *Kam.*

كِرْش , كَرِش *Fem. Pl.* كُرُوش Ventriculus animalis ruminantis, qui in homine معدة appellatur (*sed nonnisi quum pabulum admittit, antea enim* انفحة *appellatur*). *Kam.*; Parvuli ex liberis et domestici. *Kam.*; Agmen. *Dicitur* كرش م. *Kam.*; Pabuli species egregia. *Kam.*

الكِرْشِيُّون Incolae oppidi Wasith. *Kam.*

كَرْشَاء *Fem.* Ventrosa. *Kam.*; Carnosa (*de pede*), ut inferior eius pars aequalis esset. *Kam.*; Crassa hypochondria habens (*de asina*). *Kam.*; Profunda (*de utero*). *Kam.*

كُرَّاش Animalculi nomen. *Kam.*

تَكْرِيشَة Cibus, qui in ventriculis coquitur. *Kam.*

مُكَرَّشَة Cibus ex carne et adipe compositus, quem in segmento ventriculi in itinere secum portat homo. *Kam.*

مُكَرَّشَة Melonis species, cuius nuclei curvi sunt. *Kam.*

كَرْشَبٌ *Idem quod* قِرْشَبٌ. *Kam.*

كَرْشَفَة *et* كِرْشِفَة Terra aspera. *Kam.*

كُرْشَافَة *Idem. Kam.*

كَرْشَمَة Facies. *Kam.* (*Vocabulum Iemanae incolis proprium. Dicitur* قبح الله كرشمته. *Ibn-Doraid.*)

كُرْشُوم Turpi facie praeditus. *Kam.*

كَرَصَ *n. a.* كَرْص 1) Comminuit, contrivit *lac schistum* (اقط) *c. a. r.*; 2) Miscuit *dactylos cum lacte schisto c. a. r. et* ب *r. Kam.* II *n. a.* تَكْرِيص Edit cibum كريص appellatum. *Kam.* VIII Collegit, congregavit *rem c. a. r. Kam.*

كَرِيص Lac schistum (اقط), quod multum est cum herbis طراثيث vel حصيص appellatis (*non de omni lacte schisto, quemadmodum Djeuharius scripsit*). *Kam.*; Res reposita in futuri temporis usum. *Dicitur* جاء بالكريص. *Kam.*; Herba حماض cum lacte cocta, quae siccatur et aestatis tempore editur, *vel* Lac schistum cum dactylis mixtum. *Kam.*; Locus, in quo lac schistum (اقط) paratur. *Kam.*

مِكْرَص Vas vel uter, in quem lac mulgetur. *Kam.*

كَرَضَ *n. a.* كَرْض 1) Extraxit semen admissarii (كراض) ex utero cameli. *Kam.*; 2) *n. a.* كِرَاض Paravit rem كريض appellatam *vir. Kam.*

كِرَاض Abortio. *Dicitur* وضعه كراضا. *Kam.*; Admissarius, *aliis* admissarii semen, quod camela ex utero emittit, postquam id conceperat; (*tum Plur. vocis* كرض *aut* كُرْضَة) Annuli uteri. *conf.* حلق. *Kam.*; Crenae in summo arcu. *Kam.*

كَرِيض *i. q.* كريص. *Kam.*

كَرْضَمَ Praesens fuit in proelio et impetum fecit in hostem. *Kam.*

كَرَظَ *F. i.* Diminuit, laesit. *Dicitur* كرظ عرضه. *Kam.*

كَرْظ Diminuens. *Dicitur* هو كرظ عرض. *Kam.*

كَرْظَة *Idem quod* كظرة (*de arcu, sagitta*).

كَرَعَ *F. a. n. a.* كَرْع , كُرُوع 1) Os admovit, vel immisit *aquae vel vasi*, eamque sorpsit, non hauriens manu aut vase *c.* فى. *Kam. Dj.* *Dicitur* اكرع من هذا الاناء نفسا او نفسين. *Kam.*; 2) Laesit in parte كراع appellata *aliquem c. a. p. Kam.* b) كَرِعَ *n. a.* كَرَع 1) Os admovit *aquae aut vasi c.* فى. *Kam.*; 2) Graciles habuit anteriores tibiarum partes *vir. Kam. Dj.*; 3) Gracilis fuit in anteriore parte, *de crure. Kam.*; 4) Contentus fuit edendis animalium cruribus. *Kam.* (*In Kamuso Calcutt. pro* اجترأ *legendum est* اجتزأ.); 5) Doluit tenuiores tibiarum partes. *Kam.*; 6) Profectus fuit

per prominentiores montis tractus. *vide* كُرَاع. *Kam.*; 7) Libidinosa fuit *mulier c.* الى *p. Kam.*; 8) Pluit *coelum. Kam.*; 9) Vilis et inferioris sortis fuit *homo. Kam.*; 10) Odoribus adhaerentibus imbutus fuit. *Kam.* IV Sui copiam ad petendum fecit *praeda alicui c. a. p. Kam.*; Aquam كَرَع appellatam invenerunt et adaquarunt camelos. *Dj.* V Lotione lustravit se ad peragendas preces: *propterea quod extremis corporis partibus, quae* أكارع *vocantur, affunditur aqua. Kam.*

كَرَع Aqua pluvialis, quae in stagno *aut* cisterna colligitur, *pec.* ex qua bibitur. *Dicitur* فى الوادى كرع كثير. *Kam. Dj.*; Pedes *iumenti. Kam.*; Tenuitas anterioris cruris partis. *Kam. Dj.*; *Sing. et Plur.* Vilis et abiectus. *Dicitur* رجل كَرَع *et* رجال كَرَع. *Kam.*

كَارِع Qui prono bibit ore, *aut* qui ita os admovet liquori, sive bibat sive non. *Kam.*

كُرَاع *Pl.* أَكْرُع, *et hinc Pl.* أَكَارِع (*et gen. Fem.*) Pars cruris vel tibiae tenuior in ovibus et bobus: *quae in equis et camelis* وظيف *dicitur. Kam. Djeuh.*; Pes locustae. *Gol.*; *Pl.* كِرْعَان Pars montis aut petrosi loci prominens et extensa. *Kam. Dj.*; Extremitas cuiusque rei. *Kam.*, *tum de* membris corporis: pedibus manibusque. *Kam.*, *tum de* impedimentis exercitus. *conf. Vit. Timur. T. I. p.* 450 *sup.* أَكْرُع الجوزاء Astri Geminorum extrema pars. *Kam.* أَكَارِع الارض Regiones extremae terrae. *Kam.*; Equi. *Dicitur* احبس الكراع فى سبيل الله. *Kam. Dj.* *Et videtur* Agmen. *Sic in verbis Ibn-Nabathae, quae attulit Reiskius ad Abulfed. Annal. T. II. p.* 42. كُرَاع Impedimenta, lixae et calones. *De Sacy Chrest. Arab. T. I. p.* 75. 76 *adn. ed. alt.*

كَرِعَة Libidinosa, *de puella. Kam.*

كَرِيع Ex flumine aquam bibens et hauriens manu ob inopiam vasis. *Kam.*

كَرَّاع Viliorum hominum socius et amicus. *Kam.*; Pluviatilem aquam praebens gregi suo. *vide* كَرَع. *Kam.*

كَارِعَة *Pl.* كَوَارِع *et pec. cum Artic.* Ad aquam sita palma. *Kam.*

كِرْعَان Echinus *saxatilis. Forsk. descr. animal.* XXVI.

كُرَاعِىّ Qui vendit animalium pedes. *Gol. ex Meid.*

أَكْرَع Gracilia habens in anteriore parte crura. *Dj.*

مُكْرَع Validus, durus. *Dicitur* فرس مُكْرَع القوائم Equus robustos pedes habens. *Kam.*

مُكْرِعَات Qui immittunt capita in ignem (الصِّلاء), ut collum nigrescat, *de camelis. Kam.*

اَلْمُكْرَعَة *Pl. san.* Plantata in aqua, *de palmis aliisque. Kam.* (ad aquam. *Dj.*)

كَرَفَ *F. o. et i.* Urinam asinae odoratus fuit *asinus* (*ad dignoscendum, num foeta esset*), sustulitque caput invertens labia. *Kam. Dj.* (*interdum c. a. asinae*); *tum general. signif.* Odoratus fuit. *Kam.* IV *Idem. Kam.*; Corruptum fuit *ovum. Kam.*

كَرَّاف Mulierosus, mulierum sectator. *Gol.*

مِكْرَاف Qui asinae urinam odorari consuevit *asinus. Kam.*

كَرْفَأَ *n. a.* كَرْفَأَة 1) Spumavit *olla* bulliendo. *Kam. Dj.*; 2) Commixti sunt inter se, *de pluribus. Kam. conf.* كرثأ. II *Idem quod* تكرثأ. *Kam.*

كِرْفِئ Nubes elata partibus inter se accumulatis constans. *Dj.*; Exterior cortex ovi. *conf.* كِرْثِئ. *Kam. Dj.*

كِرْفِئَة Pars elatae et accumulatae nubis. *Dj.*

كِرْفَة Arbor et شفلح appellata. *Kam.*

مُكَرْفَح Deformis. *Kam.*

كَرْفَسَ *n. a.* كَرْفَسَة 1) Compedibus arcte vinxit *camelum c. a. Kam.*; 2) Incessit compediti more. *Kam.* II Contractum habuit corpus, ut singulae partes in alias quasi intrarent. *Kam.*

كَرَفْس Apium. *Kam. Dj.*

كُرْفُس Gossipium. *Kam.*; Bombax gossipinum. *Spreng. hist. rei herb. T. I. p.* 265.

كَرْفَسَة Modus incedendi, qualis compedibus vincti est. *Dicitur* فى مشيته كرفسة. *Kam.*

كَرَك Ruber. *Kam.*

D 2

كُرَّك Nomen ludi, *hinc* كُرَّكِيّ Cinaedus. *Kam.*

كُرْكِيّ *Pl.* كَرَاكِيّ Grus. *Kam.*

كَرَارِيك *Pl.* Nomen cancrorum in mari viventium. *Tochfat Ichwan p.* 154. 422. *conf. Borhan Kathih.*

كُرْكُب Plantae odoriferae nomen. *Kam.*

تَكَرْكَبَ Decidit volvendo. *Tausend u. eine Nacht. T. II. p.* 125 *ed. Habicht.*

كَرْكَدَّن *et vulgo* كَرْكَدَن Rhinoceros. *Kam.*

كَرْكَيدَة *Idem quod* كَرْدِيدَة. *Kam.*

كَرْكَرَ *n. a.* كَرْكَرَة 1) Regressus fuit, recurrit *c.* عن; Repetivit, iteravit *c. a. vel c.* على. *Kam.*; 2) Convertit *molam c. a. r. Kam.*; 3) Contudit in grossiores partes *grana c. a. r. Kam.*; 4) Coëgit, compulit dispersas *nubes ventus c. a. r. Kam. Dj.*; Collegit *rem c. a. r. Kam.*; 5) Abegit repulitque *c. a. et c.* عن *alterius. Kam.*; Retinuit *c. a. p. Kam.*; 6) Iteratis vicibus risit, *aliis* Risit (*gener.*). (*conf.* قرقر.) *Kam. Dj.*; 7) Inclamavit *gallinam c.* ب. *Kam. Dj.*; 8) Fugam cepit. *Kam.* II Rotatus, volutatus in aëre fuit, *de nube*, *ave. Kam.*; Huc illuc convertit se, *et* multum versatus fuit *in negotio c.* في. *Kam. Dj.*; Refluxit *aqua. Kam.*; Retentus, repulsus fuit *ab aliqua re.*

كُرْكُر Theca veretri equi, tauri, hirci. *Kam.*; Avis maris sinici, quae dicitur sub ave خرشة volare, ut eius stercus decidens voret. *Domair.*

كِرْكِرَة Locus pectoris callosus, cui incumbit camelus, *vel* Pectus animalium ungulis خُفّ praeditorum. *Kam. Dj.*; *Pl.* كَرَاكِر Hominum caterva. *Kam. Dj.*

كَرْكُورَة Vallis multum profunda. *Kam.*

كَرْكَسَ *n. a.* كَرْكَسَة 1) Multum repulit, avertit *c. a. r. Kam.*; 2) Vinxit *c. a. Kam.*

مُكَرْكَس Is, cuius maiores servae sunt, *vel* tantum mater et avia, *vel* ipsa proavia, *vel* mater patris et avia et proavia et avia patris. *Kam.*; Vinctus. *Kam.*

وشح II n. a. توشيح Induit alicui fasciam وشاح dictam c. a. p. Kam. Dj.; Ornavit c. a. Harir. p. v. Et dictum legitur وشحه بالعصا Percussit eum baculo. Taus. u. eine Nacht. T. II. p. 110 edit. Habicht. V Indutus fuit fasciam وشاح, eamve induit sibi, de muliere. Kam.; Indutus veste, accinctus ense fuit c. ب. Kam. Dj.

VIII اتشح Indutus fuit fasciam وشاح, eamve induit sibi, de muliere. Kam., et c. ب r. Harir.

توشيح Conditio, qua versus carminis duplici homoioteleuto instructi sunt. Harir. p. ٣٣٩. conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 419.

موشح F. ة Indutus, accinctus aliqua re, pec. per transversum c. ب. Dj.; Ornatus duplici homoioteleuto (de carmine). conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 421. De carminibus pluralis adhibetur موشحات.

وشخ Sequior et imbecillis. Kam.; Fisoella, in qua dactyli reponuntur. Kam.

وشخة Corbis ex foliis palmae contexta. Kam.

وشر n. a. وشر (conf. أشر) 1) Serra divisit lignum c. a. Kam. Dj.; 2) n. a. وشر Acuit, acutos tenuesve reddidit dentes mulier c. a. vide أشر. Kam. Dj.

وشر pro أشر. Kam.

واشرة Quae alteri concinnat acuendo et attenuando dentes. Kam.

موشر nempe موشر العصلبين (et cum Hamza) Scarabaeus. Kam.

موشور Pl. مواشير Prisma, corpus Mathematicum serratile. Eusl.

ميشار Pl. مواشير Serra. Kam. conf. منشار.

موتشرة et متشرة Rogans, ut dentes acutos et attenuatos sibi faciant, femina. Kam., aut i. q. prox. seq. vide in أشر.

مستوشرة Fem. Rogans, ut sibi concinnent dentes, et acutos et tenues reddant. Kam.

وشز n. a. وشز Festinavit. Kam. V توشز Paratus fuit infortunio, malo c. ل. Kam.

وشز Locus altus ac editus. Kam. Dj.; Adversitas, angustia vitae. Kam.; Validus in itinere. Dicitur بعير وشز. Kam.

وشز Pl. أوشاز Locus terrae elatus. Diw. Huds.; Festinantia. Dicitur لقيته على وشز et لقيته على اوشاز. Kam.; Pl. أوشاز Satellites. Kam.; Homines viles. Kam.; Articuli. Dicitur تقطعت اوشازه. Kam.; Calamitates. Kam. Dj.

وشيزة Pl. وشايز Pulvinar multo tomento fartum. Kam.

وَشَظَ Fut. يشظ n. a. وشظ 1) Fregit os quadam eius parte c. a. r. Kam. Dj.; 2) Arcte firmavit securim immissa ligni parte inter ferramentum foraminis et manubrii lignum c. a. Kam. Dj.; 3) De plur. Venerunt ad nos, iunxeruntque se nobis quidam homines, dum pauci erant

c. الى p. *Kam.* III *et* VI *De plur.* Unus penem suum erectum ad ventrem alterius adpressit (*de pueris*). *Kam.*

وَشِيظٌ (*Pl.* أَوْشَاظٌ. *Harir. p.* ٥٤١) Miscella hominum ex diversis generibus, asseclae et famuli. *Kam. Dj.*

وَشِيظَةٌ *Pl.* وَشَائِظُ Pars, quae augmento est ossi الصميم (*Dj.* الصحيح) appellato. *Kam.*; Ligni fragmentum, quo reparatur scyphus maior. *Kam.* هم وشيظة فى قومهم Viles sunt in gente sua. *Kam. Dj.*

وَشَعَ *Fut.* يَشَعُ *n. a.* وَشْعٌ 1) Miscuit *c. a. Kam.*; 2) Adscendit *montem c. a. Kam. Dj.* II *n. a.* تَوْشِيعٌ In glomum convolvit carptam *lanam*, *aliis* in spiram obvolvit *fila* distentis pollice minimoque digito *c. a. Kam. Dj.* (*Quae vero in arte rhetor. vocabuli* توشيع *significatio sit*, *quum paucis explicari nequeat*, *in libro Almookhtusur inscripto p.* ٣٧٨ *legas.*); Signavit nota *pannum c. a. Kam.*; In capite tinxit *canities aliquem c. a. p. Kam.* IV Floruit *arbor*, *olusve. Kam. Dj.* V Conscendit *montem*, et conscendendo pastum incessit *grex c.* فى. *Kam. Dj.*; Ad dextrum et sinistrum latus *in monte* ivit *c.* فى. *Kam.*; Ostendit multitudinem *c.* ب *r. Kam.* X Hausit aquam super ligno وشيع appellato. *vide* استوشع. *Kam.*

وَشْعٌ Flores olerum. *Kam.*; Nomen arboris بان appellatae. *Kam.*

وُشُعٌ Tela araneae. *Kam.*

وَشُوعٌ (*conf.* نَشُوعٌ) Medicamentum, quod naribus inditur. *Kam. Dj. vide* وشوغ *seq.*; Disgregatae aut dispersae per montem herbae. *Kam.*

وَشِيعٌ Stratum ex palmae foliis siccis factum, quod iniicitur supremis domus lignis. *Kam. Dj.*, et deinde multo luto superne obducitur, ad perficiendum et complanandum summum tectum. *Gol.*; Pars arida arboris, quae decidit. *Kam.*; Tabernaculum exstructum in exercitu duci, ut inde prospiciat in exercitum. *Kam.*; Res strato حصير similis, quae paratur ex herbis ثمام appellatis. *Kam.*; Ora panni, quae colore a caetera parte distincta est. *Kam.*; Sepes ex arboribus et spinis, qua circummunitur hortus ad prohibendum ingressum. *Kam.*; Lignum crassum ad puteum positum, ut ei insistat, qui aquam haurire cupit. *Kam.*; Instrumentum textorium, quod alias حَفٌّ dicitur. *Dj.*

وَشِيعَةٌ *Pl.* وَشَائِعُ Calamus, circum quem textores fila convolvunt, *aut* totum illud glomeramen, quod radio insertum tramam de se fundit. *Kam. Dj.*, *tum* Convoluta in pensum lana, *et* glomus. *Kam. Dj.*; Stria in panno برد appellato. *Kam.*; Tractus striae pulveris. *Kam.*; Cauda e virgis facta. *Meid.*

وَشَغَ *Fut.* يَشَغُ Sparsim excrevit *urinam suam c.* ب *r. Kam.* II *n. a.* تَوْشِيغٌ Inquinavit *vestem sanguine* per tractus *c. a. et c.* ب *r. Kam.* IV Sparsim excrevit *urinam c.* ب *r. Kam.*; In os indidit medicamentum *alicui c. a. p. Kam. vide* وشوغ *seq.*; Paucum effecit *donum c. a. Kam. Dj.* V Contaminatus fuit *re foeda*, *mendacio c.* ب. *Kam.* X Hausit aquam *lacera urna c. a. et* ب *r. Kam.*

وَشْغٌ (*conf.* وَتْغٌ) Pauca res. *Dicitur* اوشغه وشغا. *Kam.*

وَشُوغٌ Medicamentum, quod ori inditur. *Kam.*

وَشَقَ *Fut.* يَشِقُ 1) Carnem وشيقة appellatam paravit *c. a. r. Kam. Dj.*; 2) Confodit *aliquem c. a. p. Kam.*; 3) Properavit *vir. Kam.* II *n. a.* تَوْشِيقٌ Diffidit, separavit *c. a. r. Kam.* IV Tenaciter inhaesit *rei c.* فى. *Kam.* VI Omnino dissecuit *aliquem c. a. p. Kam.* VIII اِتَّشَقَ Paravit carnem وشيقة appellatam. *Kam. Dj.*; Omnino dissecuit *aliquem c. a. p. Kam.*

وَشْقٌ Pabulum dispersum. *Dicitur* بالمرعى وَشْقٌ. *Kam.*

وَاشِقٌ Modicus, *de lacte. Kam.*; Celeriter veniens et abiens, *de re. Kam.*; *i. q.* باشق Accipiter fragillarius. *Kam.*

وَشَاقٌ Celeriter veniens et abiens. *Kam.*

وُشُقٌ (*i. q.* أُشُقٌ) Ammoniacum. *Kam.*

وَشِيقٌ، وَشِيقَةٌ *Pl.* وَشَائِقُ Caro dissecta et siccata *vel* cocta et tum dissecta. (Diu asservari potest et hanc ob causam itineris commeatus est.) *Kam. Dj.*

مَوَاشِيقُ *Pl.* Dentes clavis. *Kam.*

وَشُكَ *Fut.* يَوْشُكُ *n. a.* وَشْكٌ، وَشَاكَةٌ Celer fuit, *vel* celeriter processit, *de negotio. Kam.*; *et dicitur* وَشُكَ ذا خروجا Celer fuit, properavit seu acceleravit egressum. *Dj.* II *n. a.* تَوْشِيكٌ Celer fuit, celeriter processit, *de negotio. Kam.* III *n. a.* وِشَاكٌ، مُوَاشَكَةٌ Celer fuit; Ac-

celeravit *iter. Kam.* (*quamvis quidam, praesertim in Praeterito, hic inusitatum esse velint. Dj.*). IV Celeriter progressus fuit, acceleravit *iter. Kam. Dj.*; Prope fuit, parum abfuit, quin *c.* أنْ, *et* يوشك ان *et* يوشك الأمر ان يكون *et* يكون الامر يوشك *et male quidam* Cito futurum est, ut hoc fiat; prope seu parum abest, quin futurum sit. *Kam.*

وشك Propinquitas. *Harir. p.* ۱۴۱ ۵۱۸; Celeritas. *Ib. p.* ۳۹۰.

وَشْك Celeritas. *Dicitur* وشك الفراق. *Kam.*

وشاك Celeritas, agilitas. *Kam.*

وشيك *comm. gen.* Celer, festinans. *Dicitur* امرأة وشيك. *Kam.*; Propinquus. *Harir. p.* ۱۴۱; Actus celeriter eundi. *Reisk. ad Gol.*

وُشْكان, وَشْكان Celeritas. *Kam.* وشكان ما يكون ذلك Quam celeriter illud fit! *Kam.*

مُواشِك *F.* ة Celeriter progrediens. *Dicitur* ناقة مواشكة. *Kam. Dj.*

وشل *Fut.* يَشِل *n. a.* وَشْل *et* وَشَلان 1) Stillavit, destillavit sensimve fluxit *aqua. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* وُشُول Debilis et egenus fuit *vir. Kam. Dj.*; 3) Se submisit, supplicavit *alicui c.* الى *p. Kam.* IV Paucam invenit *aquam*, et sensim stillantem *c. a. vide* وشل *seq. Kam.*; Lactere docuit *pullum camelinum*, papilla uberis materni in os inserta *c. a. Kam.*; Diminuit et paucam effecit *portionem alicuius c. a. r. Kam.*

وَشَل *Pl.* أوشال Modica, exigua aquae quantitas. *Kam.*, *pec.* quae ex alto de rupe aut monte destillat, *aliis nonnisi de* guttis de summa montis parte destillantibus, *et contra* aqua multa. *Kam. Dj.*; Paucae lacrymae, *et contra* multae. *Kam.*; Metus, reverentia. *Kam.* جاؤا أوشالا Alii post alios, consequenter, venerunt *homines. Kam. Dj.*

واشل Paucus, exiguus. *Dicitur* انه لواشل الحظ. *Harir. p.* ۱۷۸; Stillans semper, manans aqua, *de monte. Kam. Dj.*; Nomen montis alti. *Dj.*; Egenus, debilis. *Dicitur* فلان واشل الحظ. *Dj.*

ناقة وشول Lacte abundans camela. *Dj.*

مواشل *Pl.* Loca. *Kam.*

وشم *Fut.* يَشِم *n. a.* وَشْم Acu punctam in summa cute insparso glasti aliusve rei pulvere pinxit *manum*, *aliamve corporis partem c. a. Kam. Dj.* (*quod faciebant inprimis Arabes campestres, ornatus sui gratia*). II *Idem. Kam.* IV Conspicuas protulit terra herbas suas *c. a. Dj.*; Leviter splenduit, primove splendore micuit *fulmen. Kam. Dj.*; Conspicuas habere mammas coepit *mulier. Kam.*; Maturas uvas habere incepit *vitis. Kam.*; Multus fuit *in aliquo, de canitie c.* فى. *Kam.*; Coepit *facere rem c. Futur. Kam.*; Contumeliosus fuit, convitia effudit *in famam c.* فى *r. Kam.*; Intuitus fuit, observavit *rem c.* فى *r. Kam. Dj.*; Invenit locum *camelus*, in quo primum plantae germen conspicitur. *Kam.* X Rogavit, ut pingeret *manum c. a. p. Kam. Dj.*

وَشْم *Pl.* وِشام *et* وُشُوم Pictura manus membrive alius acu et insparso glasti pulvere facta. *Kam.*; Primum, quod conspicitur, plantae germen. *Kam.*; Linea colore distincta in crure anteriore vaccae silvestris. *Kam.*

وَشْمة Una pluviae gutta. *Kam. Dj.*; Unum sermonis verbum. *Dicitur* ما عصيته وشمة. *Kam. Dj.*

واشمة Manuum corporisve pictrix. *Lebid. Moall. v.* 9.

وشيمة Dictum ad malum finem vel simultatem tendens. *Dj.*; Malum, simultas. *Kam.*

مستوشمة Quae cupit petitve, ut pingantur manus suae *etc. Kam.*

وَشْن Edita terra. *Kam.*; Crassus, durus, *de camelo. Kam.*

وشنان *et* وَشْنان *i. q.* أَشْنان. *Kam.*

أَوْشَن Ad alium veniens, cum eo sedens, et cibum eius edens *vir. Kam.*

تَوْشَن Paucus fuit, *de aqua. Kam.*

وشوش *n. a.* وَشْوَشة Dedit exili quantitate *alicui c. a. p. Kam.* II *De plur.* Commoti sunt, moverunt se, inter sese mussitarunt. *Kam.*

وشواش *F.* ة Levis et agilis *vir, camelus, struthiocamelus. Kam. Dj.*

وشوشة Confusus sermo. *Kam. Dj.*; Levitas, agilitas. *Dicitur* فى طبعه وشوشة. *Kam.*

وَشْوَشِيّ Agilis. *Dicitur* فلان وشوشى العذرع Quidam est promtus, celer in perficiendis rebus. *Kam. cf.* نشنشى.

وشى *Fut.* يشى *imper.* شِ *n. a.* وشى , شية 1) Coloravit pinxitve *pannum c. a. Kam. Dj.*; 2) Pulchrum reddidit *c. a. Kam.*; Fucavit *sermonem* mendaciis *c. a. r. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* وشى , وشاية Susurronem egit, et detulit *aliquem ad regem c.* ب *r. et* الى *p. Kam. Dj.*, *vel c.* ب *p. et* الى *p. Amru ben-Kelth. Moall. v.* 55 *schol.*; 4) Multus fuit, *de gente. Kam. Dj.*; Progenie multiplicatus fuit. *Dicitur* ما وشت هذه الماشية عندي بشىء Haud quicquam foeturam protulit hoc pecus apud me. *Dj.* II *n. a.* توشية Coloravit, pulchrum reddidit *c. a. r. Kam. Dj.* IV Exploravit incitando *equum suum* quanto valeret cursu *c. a. Kam. Dj.*; Parum auri continuit *fodina. Kam.*; Leniter sensimque elicuit *aliquid c. a. r. Kam.*; Expendit *orationem aut carmen* ad eliciendam sententiam *c. a. Kam.*; Confecit *rem c. a. Kam.*; Invit restituitque *aegrotum medicina c. a. Kam.*; Prima plantarum germina tulit *terra. Kam.*; Primos fructus protulit *palma. Kam.*; Abundavit opibus *vir. Kam.*; Cepit *pecuniae seu nummorum* partem *c.* فى. *Kam.* V Conspicuus fuit et tanquam color (شية *quod post vide*) inter alios pilos emicuit, *de canitie c.* فى *p. Kam.* VIII اِيتَشَى A fractura coaluit et sanatus fuit, *de osse. Kam.* X Exploravit incitando *equum*, quantum cursu valeret *c. a. Kam. Djeuh.*; Advocavit, movit *c. a. p. Kam.*

وَاشٍ *Pl.* وشاة Delator, susurro; *Fem.* ة Prole abundans. *Kam. Dj.*; Textor. *Kam.*; *Pl.* الوشاة Aurum percutientes. *Kam.*

وَشْي *Plur.* وشاء Color et pictura *vestis. Kam. Inde* ابو الوشي Pavo. *Domair.*; Undulatus nitor *ensis. Kam.*; Emicans quid venae aureae. *Kam.*; Ε... figuris pictum.

وَشَاة Opulentia, abundantia opum. *Kam.*

شِيَة *Pl.* شيات Color *equi. Kam.*, a reliqui corporis colore distinctus. *Dj.* لا شية فيها Non est color a reliqui corporis colore distinctus in ea. *Dj.*; Commixtio coloris cum alio. *Harir. p.* ٣١٩.

وَشَوِيّ *Poss. a* شية *redeunte* و *radicali. Dj.*

أَشْيَة Distinctus colore mixto. *Dj.*

مُوَشًّى Coloratus pictusve vario colore pannus. *Dj.*

مُوَشِّي Idem. *Dj.*

وَصَّ *n. a.* وص Firmiter et solide tractavit *negotium, rem c. a. r. Kam.* II *n. a.* توصيص (*conf.* وصوص) Faciei operimentum coarctavit sive contraxit *femina. Kam. Dj.*

وَصِيَ Conspurcatus fuit, *de panno. Kam.*

وَصَبَ *Fut.* يصب *n. a.* وصوب 1) Perennis, continua, et firma ac constans fuit *res. Dj.*; 2) *n. a.* وصوب Assiduus fuit *in negotio c.* على *r. Kam. Dj.*; 3) Bene administravit *rem c.* على *r. Kam.* b) وصب *Fut.* يوصب *n. a.* وصب Aegrotavit. *Kam. Djeuh.* II Aegrotavit. *Kam.* IV Aegrotavit. *Kam.*; Continuo inhaesit *populus rei. c.* على. *Kam. Dj.*; Morbum intulit, aegrotum reddidit *aliquem Deus c. a. p. Kam. Dj.*; Debiles ac infirmos genuit liberos *vir. Kam.*; Adiposus evasit, *de camela. Dicitur* أوصبت الناقة الشحم. *Kam.* V Aegrotavit. *Kam.*

وَصْب Interstitium inter digitum quartum et indicem. *Kam.*

وَصَب *Plur.* أوصاب Morbus. *Kam. Djeuh.*; Capitis dolor (صداع). *Diw. Huds.*

وَصِب *Pl.* وصاب , وصابى Aegrotus, morbidus. *Kam. Dj.*

وَاصِب *F.* ة Perpetuus, *de poena. Dj.* واصبا In perpetuum, semper, continuo. *Dj.*; *Fem.* ة Longinquus, longe patens, *de deserto. Kam. Dj.*

وَصِيب Aegrotus.

مُوصَب Morbo affectus. *Dj.*

مُوَصَّب Multis correptus doloribus morbisve. *Kam. Dj.*

وَصَخَ (*pro* وسخ) Spurcities, sordes. *Kam.*

وَصَدَ *Fut.* يصد *n. a.* وصد 1) Texuit *pannum c. a. r. Kam.*; 2) *n. a.* وصد Firmius fuit. *Kam.*; 3) Constitit, substitit *loco c.* ب *l. Kam.* II *n. a.* توصيد Metum incussit, cavere iussit *c. a. p. Kam.* IV Occlusit *ostium*; Clausit *portam c. a. r. Kam. Dj.*; *Pass.* Clausa fuit, minime patuit *ianua. Dj.*; Struxit septum caulamve.

vide وصيدة. *Kam.*; Irritavit, instigavit *canem etc. c. a. Kam.* X Caulam (وصيدة) struxit *in monte c.* في. *Kam.*

وَصِيد *Pl.* وُصُد Limen domus. *Kam.*; Anteliminaris area. *vide* أصيد. *Kam. Djeuh.*; *aliis* Porta. *Harir. p.* ٣٠٨; Domus caulae similis in monte structa ex lapidibus, in usum gregis. *conf.* حظيرة. *Kam.*; Mons. *Kam.*; Spelunca in monte, in qua cubuerunt dormitores illi, quorum in Alcorano fit mentio. *Kam.*; *et Adiect.* Angustus; Obstructus, clausus. *Kam.*; Bis circumcisus. *Kam.*; Brevi caule praeditus, *de planta. Kam. Dj.*

وَصَّاد Textor. *Kam.*

وَصِيدَة Caula, septum continendis pecoribus structum, at ex lapidibus: *quemadmodum* حظيرة ex lignis ramisve. *Djeuh.*

تَوْصِيد Metus incussio.

مُوصَد *Fem.* ة Clausus, minime patens, *de ianua. Dj.*

مُوصَد Cortina, velamen. *Kam.*

وِصْر *pro* أِصْر Pactum, contractus, *et* syngrapha eius gratia scripta et a iudice confirmata. *Kam.*

وِصْرَة *Idem. Kam.*

وَصِيرَة *Idem. Kam.*

أَوْصَر Eminens et elata terra. *Kam.*

وَصَعَ *Fut.* يَصَعُ Non manifestum reddidit (*aliis rectius pro* يَصْعَى *in versu adducto* يَصْعَى *scribitur*). *Kam.*

وَصْع Species aviculae passere minoris. *Kam.* (*ex* صَعْو *ortam esse dicunt vocem*); Vox passeris aut pulli eius. *Kam.*

وَصَع *Pl.* وِصْعَان Species aviculae passere minoris. *Kam.*

وَصِيع *Pl.* وِصْعَان Species aviculae passere minoris; Vox passeris aut pulli eius. *Kam.*

وَصَفَ *Fut.* يَصِفُ *n. a.* وَصْف, صِفَة Descripsit *rem c. a. r. Kam. Dj.* وَصَفَه بالعدل Praedicavit eum aequum, Laudavit eius aequitatem; Praescripsit, suasit *alicui aliquid medicus c.* ل *p. et a. r.*; Pulchre incessit. *Dicitur* هذا مهر قد وصف. *Kam.* وصفت يداه Egregie moti sunt anteriores pedes eius (quasi descripserunt gressum). *Kam.* b) وَصُفَ *n. a.* وَصَافَة Famulatui idoneus fuit, famulatum obivit. *vide* وصيف. *Kam.* III *n. a.* مواصفة Describendo rem, non coram exhibendo, pactus fuit contraxitve *cum alio*: *pec.* ita vendidit quid *c. a. p. Dj.* V Descriptus fuit. *Gol.* VI *De plur.* Invicem enarrarunt seu descripserunt *rem c. a. r. Kam. Dj.* VIII Descriptus fuit. *Kam. Dj.*; Descriptus est *aliqua re c.* ب *r. Dicitur* اتّصف بالصفات الجميلة. *Kam.*; Descripsit, enarravit, laudavit *quid c. a. Gol. ex Psalm.* CXVII, 16. X Petivit *ab aliquo*, ut describeret medicamentum morbi *c. a. p. Kam. Jac. Schult.*

وَصْف *Pl.* أَوْصَاف Descriptio, narratio, laus. *Gol.*, *et* attributum, epithetum. *Gol.*; Qualitas adiectivi. *De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 408 *ed. alt. Caeterum vocabulum* وصف *in libro Tarifat inscripto his verbis explicatur* الوصف عبارة عما دل على الذات باعتبار معنى هو المقصود من جوهر حروفه اى يدل على الذات بصفة كاحمر فانه بجوهر حروفه يدل على معنى مقصود وهو الحمرة فالوصف والصفة مصدران كالوعد والعدة والمتكلمون فرّقوا بينهما فقالوا الوصف يقوم بالواصف والصفة بقوم بالموصوف.

وَاصِف Descriptor *etc. Gol.*

صِفَة *Plur.* صِفَات Descripta qualitas, forma, attributum. *Kam.*; *at apud Grammaticos* Adiectivum nomen. *Kam.* حروف الصفات Praepositiones.

وَصِيف *Pl.* وُصَفَآء Ad famulandum idoneus famulus. *Kam.* (*etiam de* puella et ancilla *dicitur. Kam.*).

صِفَاتِيّ (*a Plur.* صفات Attributa) Sectae eorum adscriptus, qui in Deo attributa esse contendunt *etc. De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 245 *edit. prior.*

وَصَّاف Describendi gnarus, encomiastes. *Kam.*; Medicus expertus. *Harir. p.* ٣٣٥.

وَصَافَة Aptitudo ad famulandum, famulatus. *Kam.*

وَصِيفَة *Plur.* وَصَايِف Ad famulandum idonea (*de puella*). *Kam.*

وَصْفِيَّة Conditio adiectivi.

إِيصَاف *nomen* Famulatus, aptitudo ad famulandum. *Kam.*

مَوْصُوف Descriptus; *item* Substantivum nomen. *vide* صفة *praec. De Sacy Gramm. Ar. T. I. p.* 267. *conf. T. II. p.* 258 *sq.*

بيع المواصفة *idem quod* بيع المراوضة.

وصل *Fut.* يصل *n. a.* وصل, صلة 1) Iunxit *rem rei*, copulavit *c. a. et c.* ب *r. Kam. Dj.* وصل عشرة بطنا *et* بين عشرة بطنا Decies peperit seu foetificavit *camela.* وصلت اخاها Coniunxit iunctumve sibi habuit *capella* hoedum, *pecul.* septimo matris partu. *videsis* وصيلة *seq. Gol.*; 2) *n. a.* صلة, وصلة, وصول Pervenit *c.* الى, *vel c. a. r. Kam. Dj.*, *et c.* ل *r. conf. Ebn-Batut. p.* 16; 3) *n. a.* وصل, صلة Coniunctus fuit: *pec.* foedere, amicitia, *aut* consuetudine *alicui c. a. p. Kam. Dj.*; 4) *n. a.* وصل, صلة Dedit, donavit. *Gol. ex Mar.*, *c. a. p. et* ب *r. Hamaker Specimen catal. p.* 89. b) وصلك الله Faveat tibi, propitiusve sit Deus! II Bene multumque coniunxit *c. a. Kam. Dj.* III *n. a.* وصال, مواصلة Coniunctus fuit: *pec.* foedere, amicitia, *aut* consuetudine *alicui c. a. p. Kam.*; Annexus fuit, adhaesit *c. a.*, *et contr.* Continuo et sine interruptione fecit *quid c. a. r. aut c.* فى *r. Dj.*; Donavit. *Dicitur* واصله بمال كثير; Continuo una *cum alio* fuit *c. a. p. Gol.* IV Perduxit *c. a. et c.* الى *l. Kam. Dj.*; Effecit, ut coniunctus esset amicitia, consuetudine. *Fakih. Alchol. p.* ٣١. V Coniunctus fuit *c.* ب; Pervenit *c.* الى *l. conf. Harir. p.* ١٠١; Accessu blandus, seu humaniter congressus fuit *c.* الى *p. Dj.*; Muneribus corrupit. *Jac. Schult.* VI *De plur.* Invicem coniuncti fuerunt, et coniunctim inter se versati sunt. *Dj.*; Continuo venerunt. *Jac. Schult.*; Mutui amici fuerunt; Concordes fuerunt. *Jac. Schult.* VIII اتّصل *(poët.* ايتصل *vid.* هلّل) Pervenit *c.* الى, *vel c.* ب; Coniunctus fuit *cum aliquo c.* ب; Genus retulit *ad aliquem c.* ب *p. Hamas. p.* ٧٣٥; Contiguus et continuus fuit. *Kam.* X Invicem coniuncti fuerunt.

وَصْل Copula, commissura. الوصل *(in arte rhet.)* Coniunctio partis sermonis cum alia. *conf.* فصل. *Sic in libro Tarifat inscripto* الوصل عطف بعض الجمل على البعض. حرف الوصل Littera ا, و, ه, ى, quae immediate sequitur consonantem in rhythmo روى appellatam, *ut in his verbis* سُقيت الغيثَ ايّتها الخِيَامُ *littera* و *post* م *efferenda* وصل *est*, *et in his verbis* فما زلتُ أبكى عنده واخاطبُه *littera* ه *est* وصل *et littera* ب *est* روى. *Kam. conf. Darstellung d. Arab. Versk. p.* 315. ليلة الوصل Ultima nox mensis, seu novae coniunctionis lunae; *item* وصل Coniuncta cum amicis consuetudo. *Djeuh.*; Res similis, compar, ac iungenda *alteri*: *ut ocrea una respectu alterius c. genit. Djeuh.*; *In Gramm.* Nomen, quo appellatur signum ٭ litterae ا impositum, quum haec littera enunciando cum antecedente syllaba coniungitur. *De Sacy Gr. Arab. T. I. p.* 64 *edit. alt.*

وُصْل Articulus, compages; *Pl.* أوصال Artus. *conf. Harir. p.* ٢٩٩.

وِصَال Consortium. *Jac. Schult.*

وِصْلَة Coniunctio.

وُصْلَة Coniunctio. *Kam. Dj.*; *Pl.* وُصَل Id, quo res duae coniunguntur, vinculum, quo res cum altera coniungitur. *Kam. Dj.*; Medium, quo ad desideratum finem pervenitur. *Reisk. ad Gol.*

وصول Nomen primi pedis in altero versus hemistichio. *conf. Darstell. d. Arab. Versk. p.* 533.

وَصُول Multum coniungens, *aliis* multum donans. *Harir. p.* ٤٧٦.

وَصِيل Coniunctus et familiaris, ac intimus amicus. *Kam.*

وَاصِلَة Quae, cum sua ipsius coma nimis brevis sit, alius feminae comam suae addit. *Kam. Dj.*; Proxima causa morbi. *Spreng. hist. medic. T. II. p.* 426 *edit. tert.*

وَصِيلَة *Pl.* وَصَايِل Id, quod res coniungit. *Harir. p.* ٤٤.; Quae decem foeturas continua serie edit; Quae per septem annos binas femellas parit, *de ove. Kam.*, *si* septimo anno (octavo anno. *Dj.*) parit femellam et marem, *dicebant* وصلت اخاها. *Kam.*: marem hunc diis suis pro more non mactabant, sed parcebant ei propter femellam, eius lac autem feminis interdictum erat, nonnisi viri eo fruebantur. *Dj.*; *vel proprie ita dicebatur* Ovis, cuius foetus, si mas esset, mactabatur diis (*dum dicebant* هذا قربان لالهتنا): si femina, cedebat domino: si mas et femina simul, *de hac dicebant* وصلت اخاها, neque ille offerebatur diis, *aliis* Ovis, quae modo marem modo femellam edit: atque ita haec وصلت اخاها, et propter hanc non mactabatur ille: marem vero solum, sine femina editum, diis offerebant suis. *Kam. Dj.*; Cultura. *Kam. Dj.*; Proventus, pabuli copia. *Kam. Dj.*; Comitum turba, consortium. *Kam.*; Terra, regio late patens. *Kam. Djeuh.*; Glomus convolutorum filorum. *Kam.*; Gladius; *Plur.* وَصَايِل Species panni striati Iemanici. *Kam.*

أَوْصَالٌ *Pl.* Commissurae ossium *vel* locus, ubi os cum osse coniunctum est. *Kam.*

مَوْصِلٌ Locus commissurae: *ut* ubi funis funi annectitur. *Kam. Dj.*; Postica pars cameli inter femur et radicem caudae. *Dj.*; Nomen instrumenti musici. *Taus. u. eine Nacht. T. I. p.* ۱۷۳ *ed. Habicht.* المَوْصِلُ Nomen urbis et regionis, quae Mesopotamiam cum Babylonia iungit, sita in occidentali ripa Tigris, cui in orientali ripa opponitur Ninive. المَوْصِلَانِ Haec ipsa regio et Mesopotamia. *Kam. Dj.*

مُوَصَّلٌ Litteris compositus inter se scriptione coniunctis, *de versu. conf. Darstell. d. Arab. Versk. p.* 389.

مُتَّصِلٌ Coniunctus, continuus. *conf. Schmölders Documenta philosophiae Arabum v.* 104 *text.*; Enunciatum (conclusionis). *Ibid. v.* 178.

مَوْصُولٌ Insectum acuto pungens aculeo, simile crabroni. *Kam.*; Gladius. *Diw. Huds.*; *in Gramm.* Coniunctio, *i. e.* Nomen *vel* particula, qua coniungitur. Coniunctiones proprie sic dictae *appellantur* مَوْصُولٌ حَرْفِيٌّ, Nomina vero et adiectiva, quae coniungendo inserviunt, مَوْصُولٌ اسْمِيٌّ; Pronomen relativum *appellatur* مَوْصُولَةٌ. *conf. De Sacy Gramm. Ar. T. I. p.* 444. *Martelott. Gramm. p.* 122. 129. 132. 136.

مُسْتَوْصِلَةٌ Alienam comam, quum sua ipsius nimis brevis sit, annectens suae *femina. Kam. Dj.*

وَصَمَ *n. a.* وَصْمٌ 1) Fregit rupitque, ut non separaretur, *rem ligneam fictilemve, aut simile quid c. a. Kam. Djeuh.*; 2) *Fut.* يَصِمُ *n. a.* وَصْمٌ Celeriter constrinxit *rem c. a. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* وَصْمٌ Vitiosum reddidit *c. a. Kam.* II *n. a.* تَوْصِيمٌ Dolore ac morbo affecit *febris aliquem c. a. Kam.*; Torpuit, languit. *Kam. Djeuh.* V Dolore affectus fuit. *Kam.* VI *De plur.* Sese invicem fregerunt. *Fakih. Alchol. p.* ۱۱۲.

وَصْمٌ *Pl.* وُصُومٌ Ruptura, occulta fissura. *Kam. Dj.*; Nodus *in ligno. Kam.*; Vitium; Opprobrium, dedecus. *Kam.*

وَصَمٌ Morbus. *Kam.*

وَصْمَةٌ Torpor, lassitudo. *Kam. Turc.*; Vitium. *Dj.*

وُصْمَةٌ Torpor, languor. *Kam. Calcutt.*

وُصَيْمٌ Interstitium inter duos digitos, indicem et auricularem. *Kam.*

وَصْنَةٌ Panniculus exiguus. *Kam.*

وَصْوَصَ Prospexit per foramen veli وَصْوَص dictum. *Kam.*; Oculos aperuit *catulus. Kam.*

وَصْوَصٌ *et* وَصْوَاصٌ *Plur.* وَصَاوِصُ Hiatus foramenve operimenti faciei, oculi magnitudine, sive tanta, ut per id prospici possit. *Kam. Dj.*; Parvum faciei operimentum, quo puellae utuntur. *Kam. Dj.* الوَصَاوِصُ Lapides durioris ac elatae terrae. *Kam. Dj.*

وَصَى *Fut.* يَصِي 1) Coniunxit, copulavit *rem rei c. a. r. et* ب *alterius. Kam. Dj.*; 2) Coniunctus fuit *re c.* ب *r. Kam.*; 3) *n. a.* وَصْيٌ, وَصًى, وَصَاءٌ, وَصَاةٌ Contiguas inter se plantas habuit *terra. Kam. Dj.*; 4) Evilvit, postquam elatus fuerat. *Kam.*; 5) Gravis factus est, postquam levis fuerat. *Kam.* II *n. a.* تَوْصِيَةٌ Testamento mandavit *alicui rem c. a. p. et* ب *r. Kam.* IV Testamento mandavit *rem alicui c. a. p. et* ب *et* أَنْ *r.*; Testamentum fecit, testamento reliquit *aliquid alicui c.* لِ *p. et* ب; Testamento tradidit *aliquem alicuius* tutelae *c.* ب *p. et* إلى *p.*; Testamento potestatem concessit *alicui c.* إلى *p. Dj.*; Imperavit *alicui Deus c. a. p. Kam.*; Praecepit *alicui aliquid c. a. p. et* ب *r.* VI *De plur.* Praeceperunt, *aut* commendarunt *quid* invicem *c.* ب *r. Kam. Dj.* X استوصى به خيرا Commendatum illum habuit, benevoluit, *ac* benefecit *illi c.* ب. *Djeuh.*

وَاصٍ *Fem.* وَاصِيَةٌ Contiguas, inter se coniunctas plantas habens. *Dj.*; *Pl.* وُصَاةٌ Praeceptores. *Jac. Schult.*

وَصَاةٌ Mandatum, testamentum. *Kam. Dj.*; *Pl.* وُصًا Ramus surculi palmae *vel* novellae palmae, quo colligatur medica herba. *Ibn-Doraid.* (*videtur esse vocabulum Iemanae regioni proprium, sed incolae regionis Nedjd eo usi sunt*).

وَصِيٌّ *Pl.* أَوْصِيَاءُ (*sec. alios caret Dual. et Plur.*) Is, qui mandat praecipitque *aut* testamento iubet, *et contra* Mandatarius, *et* cui praecipitur aliquid. *Kam. Dj.* (*et de femina adhibetur. Kam.*); Administrator, curator bonorum post mortem alicuius, *tum gener.* curator. *Meid.* الوصى Seth, filius Adam. الوَصِيُّونَ Septem Imami, quorum primum Ahli locum tenet. *De Sacy Chrest. Ar. T. I. p.* 158 *adn. ed. alt.*

وِصَايَةٌ Mandatum, testamentum. *Kam. Dj.*

وَصِيَّةٌ *Pl.* وَصَايَا Mandatum, testamentum. *Kam. Dj.*; Res testamento mandata. *Kam.*; Ramus palmae convolutus et colligatus. *Kam.*

مُوصٍ Praecipiens.

مُوَصٍّ Praecipiens.

مُوصًى *nempe* مُوصًى بِهِ Praecepta *res.*

يُوصَى Avis nomen similis niso.

يُوصَى Nomen avis. *Kam.*

وَضَّ *n. a.* وَضّ Ope destitutus, miser fuit. *Kam.*

وَضُؤَ *Fut.* يَوْضُؤُ Vicit, superavit *alium* nitore et munditie, *pec.* sacrae lotionis *c. a. p. Kam. Dj.* b) وَضُؤَ *n. a.* وَضَاءَةٌ Nitidus, pulcher ac mundus fuit. *Kam. Djeuh.* III Contendit *cum alio* et contra gloriatus fuit de nitore sacrae lotionis *c. a. p. Kam. Dj.* V (*pro quo male* تَوَضَّيْتُ) *n. a.* تَوَضُّؤٌ Se mundavit *aqua c.* ب, *et simpliciter* Lustrali aqua *etc.* se abluit ad peragendam *precationem c.* لِ. *Kam. Dj.*; Ad pubertatem sive maturiorem aetatem pervenit *adolescens, adolescentula*: *ut cui aetati convenit lotionis sacrae observatio. Kam.*

وَضِيءٌ (*forma* فعيل) *Pl.* أَوْضِيَاءُ, وِضَاءٌ, وُضَّاءٌ *et inde Plur.* وَضَاضِيُّ, وُضَّاؤُونَ Nitidus, pulcher mundusque. *Kam.*

وَضُوءٌ Aqua, qua lotio fit. *Kam. Dj.*; *it. irreg.* (*quidam et rectius* وُضُوءٌ) (*n. a. quasi Conj. V*) Lotio sacra, *quamvis alii cum Fatha velint esse* aquam, *cum Damma vero* lotionem. *Kam. Sic in libro Tarifat inscripto legitur*: الوضوء من الوضاءة وهو الحسن وفى الشرع الغسل والمسح على اعضاء مخصوصة.

وَاضِئٌ Nitidus, mundus. *Kam.*

وَضَاءَةٌ Nitor et mundities. *Kam.*

مِيضَأَةٌ Locus lotionis. *Kam.*; Locus, ubi in Aegypto cadavera lavantur. *Abdallat.*; Gutturnium, e quo membris aqua ad lavandum affunditur. *Kam.*

مُتَوَضَّأٌ Latrina. *Gol. ex Meid.*

وَضَحَ *Fut.* يَضِحُ *n. a.* ضِحَةٌ, وُضُوحٌ 1) Evidens, clarus et manifestus fuit, *de re. Kam. Dj.*; 2) Candore splendens *lac* emisit *camela* (*quasi* micuit *lacte*) *c.* ب. *Kam.* II Manifestum apertumque reddidit *c. a. r. Kam.* IV Manifestavit, clare exposuit, diluoidavit *c. a. Kam. Dj.*; Prodiit in conspectum. *Dicitur* من أين أوضحت. *Kam.*; Albos corpore genuit habuitve liberos *vir. Kam.*; Manifestus, clarus fuit, *de re. Kam.* V Manifestus, clarus fuit, *de via, re. Kam. Djeuh.*, *et* Exhibuit. VIII اتَّضَحَ Evidens, clarus, manifestus fuit. *Kam. Djeuh.* X Rogavit *aliquem*, ut manifestum faceret *c. dupl. acc. Kam. Dj.*; Apertam sibi reddere voluit et discernere *rem*, *pec.* manu supra oculum protensa *c. a. Kam. Dj. Et dicitur* استوضح عنه يا فلان. *Kam.*

وَضَحٌ *Pl.* أَوْضَاحٌ Monile ex argento factum. *Kam. Dj.*; Nummus argenteus integer probusque. *Kam. Dj.*; Compes, *sc.* inferioris tibiae ornamentum. *Kam.*; Lux, albedo *aurorae, lunae. Kam. Dj.*; Macula alba in equi fronte *aut* pedibus apparens. *Kam.*; Signum impressum *equo. Dj.*; Canities. *Kam.*; Lac. *Kam.*; *et ita quoque metonymice vocatur* Lepra. *Kam. Dj.*; Pars potior *viae, scil.* aperta ac patens. *Kam. Dj.*; Parvae pabuli partes (quum albescunt). *Kam.*

وَاضِحٌ Evidens, manifestus. *Kam.*; Multum albus, candidus, *de camelo. Kam.* (*et de stella. Harir. p.* ٣٨٥).

وَضَحَةٌ Asina. *Kam.*

وَضِيحٌ Evidens, manifestus.

وَضَّاحٌ Evidens, manifestus. *Kam.*; Candicante nitore pulcher *vir. Kam. Dj.*; Leprae maculis albicans. *Dj.*; Dies. *Kam.* بِكْرُ الوَضَّاحِ Precatio prima matutina. *Kam.* عُظَيْمُ وَضَّاحٍ Ludi puerilis species, quo proiectum in tenebris os albicans collusores disgregati quaerunt. *Kam.*

وَاضِحَةٌ Anteriores, qui risu nudantur et conspicui apparent, dentes. *Dicitur* ما ترك الله له واضحة. *Kam. Dj.*

وَضِيحَةٌ *Pl.* وَضَائِحُ Cameli, oves (نعم). *Kam.*

أَوَاضِحُ *Pl.* Luna lucidae noctes. (*conf.* بيض). *Kam.*

مُوضِحَةٌ *Fem.* Patens vulnus, et quasi os album conspicuum praebens. *Kam. Dj.*

مُتَوَضِّحٌ Aperte exstans et conspicuus, nulla re tectus. *Kam.*;

Aperta, notiore incedens via. *Kam. Dj.*; Multum albus, *de camelo. Kam.* (*Appellatur quoque* talis camelus متوضح الاقراب).

وضخ Prope ad medium usque implevit *urnam c. a. Kam.* III *n. a.* وِضَاخ, مُوَاضَخَة Certavit *cum alio* hauriendo aquam, *item* saltando *aut* progrediendo: *vel* in hisce aemulatus *alium* fuit *c. a. p. Kam.* IV Prope ad medium usque implevit *urnam c. a. r. Kam.*; *item* Parum aquae hausit *alteri c.* ل *p. Kam.*; Aquae parum continuit *puteus. Kam.* VI *De plur.* Certarunt inter se hauriendo aquam *aut* incedendo. *Kam.*

وَضُوخ Ad dimidiam prope urnae partem pertingens aqua. *Kam.*

وضر *Fut.* يَوْضَر *n. a.* وَضَر Pinguedine *etc.* inquinatus fuit. *Kam. Dj.*

وَضَر *Plur.* أَوْضَار Sordes pinguedinis, lactis, *etiam* aquae, qua elutus est uter, *vel* elutum est vas escarium simileve aliud. *Kam. Dj.*; Inquinamentum *croci aliusve rei. Kam.*; Odor, qui ex corrupto cibo percipitur. *Kam. Dj.*; Reliquiae, *sc.* sordidiores, linimenti picei (هنا). *Kam. Dj.*

وَضِر *Fem.* وَضِرَة, وَضْرَى Sordidus et pinguedine similisve rei inquinamento infectus. *Kam.*

وَضْرَى, وَضْرَاء Saxum magnum a latere montis avulsum (فنديرة). *Kam.* وَضْرَى Podex. *Hamas. p.* ۲۰۰.

وَضْرَاء Signum in collo camelorum, qui genti Banu-Fesarah erant, ungui corvi simile. *Kam.*

وضع *Fut.* يَضَع *n. a.* وَضْع, مَوْضَع, مَوْضِع, مَوْضُوع 1) Posuit, collocavit *c. a. r. Kam.* وضع كتابا Composuit librum. وضع عليه *videtur ellipt. et subintelligendum* جعالة *vel* اجرا Posuit super eo praemium, *i. e.* certo aere caput eius destinavit. *Reisk. ad Abulfed. Annal. T. III. p.* 378 *adn.* وضع السيف فى اهلها Immisit ensem, stricto ense saeviit in eius gentem; *n. a.* وَضْع, وَضِيعَة, مَوْضَع, مَوْضِع, مَوْضُوع Deposuit *apud aliquem* asservandum *quid c.* عند *p. et a. r. Dj.* وضع البعير حكمته *n. a.* وَضْع, مَوْضُوع Properavit capite reclinato. (*Pro* طامن راسه *in Kamuso Calcutt. legendum est* طاش راسه. *Kam. Turc.*); *n. a.* وَضْع Deposuit removitque *velum mulier c. a. Dj.*; Deposuit *rem de manu*, *de aliquo onus c. a. et* من. *Dj.* وضعوا الحرب Finiverunt bellum. *conf. celeb. Hamak. Wakid. p.* 106 *adn.*; Diminuit remisitve *alteri* partem eius, *quod debebat c.* عن *p. Kam.*, *et a. r.*; Deposuit, removit *peccatum ab aliquo c. a. r. et* عن *p. Kam.*; Deposuit *de gradu dignitatis aliquem*, diminuit *dignitatem alicuius c. a. p. et c.* عن *r. Kam.*; Vilem reddidit *aliquem c. a. p. et c.* من *p.*; Ius, dignitatem, potestatem imminuit *c.* من *p. Dj. conf.* بلغ *c.* من *p. De Sacy Chrest. Ar. T. II. p.* 136 *adn. ed. alt.*; *n. a.* وَضْع, ضَعَة, ضِعَة, وُضُوع Humiliavit, demisit *se ipsum c.* نفسه. *Kam.*; 2) *n. a.* وَضْع Percussit, deiecit *collum c. a. Kam.*; 3) *n. a.* تُضْع, وُضْع, وَضْع Deposuit *onus ventris, i. e.* enixa fuit, peperit *femina c. a. r. Kam. Dj.*; Deposuit ova *gallina*; 4) *n. a.* تُضْع, تُضُع, وُضْع Paulo ante menses concepit *mulier. Kam. Dj.*; 5) *n. a.* وَضِيعَة Plantis حمض circa aquas pastus fuit non procedens, *de camelo. Kam. Dj.*; 6) Detinuit, nec ulterius procedere sivit *camelos* in prato *c. a. Kam. Dj.*; 7) Properavit, celeriterque progressus fuit *camelus. Kam. Dj.* b) وَضِع *Fut.* يَوْضَع *et Pass.* وُضِع *n. a.* ضَعَة, ضِعَة, وَضِيعَة Iacturam fecit *in mercatu c.* فى *r. Kam. Dj.* c) وَضُع *n. a.* ضَعَة, وَضَاعَة (*et forma Pass.*) 1) Contemtus et vilis evasit, dignitate excidit, humiliatus, depressus fuit. *Kam. Djeuh.*; 2) Adoptivus, spurius fuit. *Kam.* II *n. a.* تَوْضِيع Vilem, despicatum effecit *aliquem c. a. p. Kam.*; Gossypio intus posito consuit subuculam *c. a. Kam. Dj.*; Posuit ad latera invicem et disposuit sibi ova *struthio.* III *n. a.* مُوَاضَعَة Deposito pignore certavit, *aut* deposuit pignus sponsionis ergo *c. a. p. Kam. Dj.*; Reliquit. واضع البيع Reliquit mercem. *Kam. Dj.*; Consensit, assensit *c. a. p. et* فى *r. Kam. Dj.* هلمّ أُوَاضِعك الرأى Patefaciam tibi consilium meum, dic mihi tuum. *Kam.* IV Plantas حمض circa aquam pastus fuit non procedens, *de camelo. Kam.*; Pabulum وضيعة depascere sivit *c.* ب *p.*; Celeriter (et leniter) incessit *camelus. Kam.*; Consensit, concordavit *c. a. p. et* فى *r. Gol.*; Incitavit *camelum equumve* ad celerem (et lenem) gressum *c. a. Inde Corani verba* لأوضعوا خلالكم Incitarunt iumenta sua ad cursum celerem. *Kam.*; *Pass.* Iacturam fecit *in mercatu c.* فى. *Dj.* VI *n. a.* تَوَاضُع Se humi-

liavit, modestiam prae se tulit. *Kam. Dj.*; Longinquus fuit. *Dicitur* تواضع ما بيننا. *Kam.*; Vicissim inter se convenerunt *de re c.* على *r. De Sacy Chrest. Ar. T. II.* p. 132 *seq. adnott. ed. alt.* VIII أتّضع *n. a.* اتّضاع Vilis, contemtus et abiectus evasit, eviluit. *Kam. Djeuh.*; Depressit *caput cameli*, ut imposito cervici pede, eundem conscendere posset *c. a. Kam.* X Petiit, ut sibi *aliquid* diminueretur, *de pretio c. a. et* من *r. Kam.*

وضْع *Plur.* أوضاع Positio, situs. سار الوضع Celeri gressu incessit. *Gol. His autem verbis vocabulum* وضع *in libro Tarifat explicatur:* الوضع فى اللغة جعل اللفظ بإزاء المعنى وفى الاصطلاح تخصيص شى بشى متى اطلق او احسّ الشى الاول فهم منه الشى الثانى وفى اصطلاح الحكماء هو هيئة عارضة للشى بسبب نسبتين نسبة اجزاء بعضها الى بعض ونسبة اجزائه الى الامور الخارجية كالقيام والقعود فان كلا منهما هيئة عارضة للشخص بسبب نسبة اجزاء بعضها الى بعض والى الامور الخارجة منه; Scriptio. *Hamak. Specim. catal. p.* 69.

واضع *F.* ة Ponens, deponens; Scriptor *libri. conf. clar. Hamak. Specim. catal. p.* 244; Operimento faciei carens *femina. Dicitur* امرأة واضع. *Dj.*; Humilis. *Hamak. Wakid. p.* 139 *text.*; Plantas حمض circa aquam depascens, *de camelis. Kam. Dj. Dicitur* ابل واضع *et* ابل واضعة. *Kam.*

ضعة Humiliatio. *Psalm.*; Diminutio *existimationis*, vilitas. *Dicitur* فى حسبه ضعة. *Kam. Dj.*; Planta vel frutex ad genus حمض pertinens, *vel* planta ei, quae ثمام appellatur, similis. *Kam. Dj.*

ضعة Situs, positura. *Kam.*; Humiliatio, diminutio existimationis, vilitas. *Dj.*

وضعة Situs, positura. *Kam.*

وضيع Depositum; Res, quae alicui custodienda committitur. *Kam. Dj.*; Condititii, qui in fictilibus vasis non siccati reponuntur, dactyli. *Kam. Dj.*; Vilis et despectus *homo. Kam. Dj.*; Venditio dum primum pretium dissolvitur (بيع بنقيصة عن الثمن الاول). *Tarifat.*

وضعى Positivus. *Jac. Schult.*

اوضاع Plantam ضعة appellatam pascens, *de camelis. Kam.*; Pratum. *Kam.*; Mulier improba. *Kam.*

وضاعة Humiliatio, humilitas. *Gol.*

وضيعة *Pl.* وضايع Onus et impedimentum *hominum iter facientium. Kam. Dj.*; *unde* اصحاب وضيعة Homines, qui in locis plantis حمض abundantibus commorantur ac camelos pascunt. *Kam.*; Quod detrahitur de pretio rei. *Kam.*; Quod imponitur populo a rege: *ut* vectigal, tributum. *Kam.* وضايع الملك Tributa imposita tempore regni. (*In verbis autem traditione ad nos perlatis significat eadem tributa imposita ac Muhammedanis*). وضايع كسرى Ii, quos tanquam obsides secum duxit Cosroes et in quadam ipsi subdita regione habitare iussit. *Kam. Dj.*; *Plur.* وضايع Liber, cui inscribuntur sapientiae dicta. *Kam.*; Triticum contusum, quod affuso butyro comeditur. *Kam.*; Spurius, adoptivus *filius. Kam.*; Iniuria, contumelia. *Gol. ex Act. Apost.* XXVI, 21; *Plur.* وضايع Stationariae militum copiae, quae custodiunt ipsis addictam regionem. *Kam.* ابل وضيعة Dulce pabulum desiderantes cameli. *Kam.*; Planta aliter حمض appellata. *Kam.*

تواضع Humilitas, humiliatio sui (*Bescheidenheit*).

موضع *Plur.* مواضع Locus. *Kam.*; Subiectum accidentis. *Gol. ex philos.*

موضع *F.* ة In incessu festinans. *Jac. Schult.*

موضّع Deiectis viribus ac corpore enervatus *vir*; Fractus et dissectus. *Kam.*; Haud firma corporis constitutione praeditus, ut is, qui Veneri impotens est. *Kam. Dj.*

ابل موضعة Plantas حمض circa aquam depascentes cameli. *Kam.* فى قلبى موضعة وموقعة In corde meo est amor. *Kam.*

موضوع Iacturam faciens *in mercatura. Kam. Dj.*; Ad aquam detentus, ut plantas ad حمض speciem pertinentes depasceret. *Kam.*; Subiectum *enunciationis*; Obiectum. *Gol. ex philos.*; Obiectum, materia *scientiae*; Id, quod tanquam officium munus alicui imponit. *conf. Schmölders Documenta philosophiae Arabum logic. text. Arab. vers.* 152; Materia rei, quae agendo formam certam admittit. (*conf.* هيولى, مادة, اصل, اسطقس). حديث موضوع Traditio supposititia. *Reisk. ad Gol.* موضوع Sanguis non vendicatus.

موضوعة *Fem.* A pastoribus relicta, *de camelis*, ut per no-

ctem sine pastore pascantur. *Kam.* الاحاديث الموضوعة Dicta excogitata, falsa. *Kam.* موضوعات Supposititia. *Jac. Schult.*

وَضَفَ 1) Properavit *camelus. Kam.*; 2) Funditavit. *conf. cl. Roedigeri de origine et indole Arabicae libr. V. T. histor. interpretationis doctissimam dissertationem p.* 37. IV Properavit *camelus. Kam.*; Ad velocem incitavit cursum *c. a. Kam.*

وَضْف Funda. *Roedig. ibid.*

وَاضِف *Pl.* وَضَافَة Funditor. *Roedig. ibid.*

وَضَمَ *Fut.* يَضِم *n. a.* وَضْم Imposuit rei وَضَم appellatae *carnes c. a. r. Dj.* IV Paravit *carni* rem وضم appellatam *c. a. r. aut c.* ل. *Kam. Dj.* V Rem habuit *cum muliere c. a. p. Kam. Dj.* X Iniuria affecit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*

وَضَم *Pl.* أَوْضَام, أَوْضِمَة Res omnis, cui imponuntur carnes, ne inquinentur terra, *sive sit* teges, *sive* lignum. *Kam. Dj. Inde dicitur* تركهم لحما على وضم Magna eos contumelia, *aut* dolore *vel* clade, affecit. *Kam.*

وَضْمَة Turba hominum inter se propinquitate iuncta. *Dj.*; Agmen ducentorum aut trecentorum hominum. *Dj.*

وَضِيمَة Agmen ducentorum aut trecentorum hominum. *Kam. Dj.*; Pauci homines, qui ad alios devertuntur. *Kam.*; Epulum ferale, quod in luctu instruitur. *Kam.*; *i. q.* وثيمة Acervus *pabuli. Kam. Dj.*

مِيضَمَة *Pl.* مَوَاضِم Locus, ubi est res وضم appellata *Hamas. p.* ١٣١.

وَضَنَ *Fut.* يَضِن *n. a.* وَضْن 1) Complicavit parte eius super altera posita *rem c. a. r. Kam.*; 2) Contexuit *lorum* نسع *appellatum c. a. r. Kam. Dj.* V Submissus fuit, humiliavit se. *Kam.* VIII اتّضن Coniunctus fuit. *Kam.*

وَضْنَة Cotyledon *deficiens (plant.). Forsk. Flor. Aeg. Ar.* LXVI.

وَضِين Complicatus, compositus. *Kam.*; *Pl.* وُضُن Cingulum sellae camelinae mulieribus destinatae (هودج) largum e loris vel pilis, *aliis nonnisi* e corio factum, quo venter iumenti subcingitur. *Kam. Dicitur* قلق وضينها Non firmum fuit eius cingulum ob maciem. *Kam.*

مَوْضُون *F.* ة Complicatus, compositus. *Kam.*

مَوْضُونَة Lorica contexta, *vel* ex binis annulis invicem implicitis conserta, *vel* textura densa praedita, *vel* gemmis ornata. *Kam. Dj.*

مِيضَنَة *Pl.* مَوَاضِين Res in sacci formam contexta ex foliis palmae. *Kam.*

مِيضَانَة Cophinus, corbis (قفة). *Kam.*

تَوَضَّى *male pro* تَوَضَّأَ.

وَطَّ *n. a.* وَطّ 1) Striduit *onus in iumento etc.*; 2) Vocem edidit *avis* وطواط *appellata. Kam.* II Eiulavit *puer. Kam.*

وُطُط *Pl.* Imbecilles mente et corpore. *Kam.*

وَطِئَ *Fut.* يَطَأُ *n. a.* وَطْأ, وَطْى 1) Calcavit, conculcavit *rem pede c. a. r. et* ب *instr. Kam. Dj. Dicitur* وطى بساطه Ipse ad eum venit. يَطَؤُهُمْ الطريق Considunt in propinquo viae et a populo eius opprimuntur; Pedem imposuit solo. *Gol.*; 2) Conscendit *equum c. a. Kam.*; 3) Paravit, mollem, lenem effecit, aequabilem reddidit *c. a. r. Kam.*; 4) Subegit coitu *mulierem c. a. Kam.*; 5) Humilem et depressam fecit reddiditve *terram aliquam Deus c. a. Gol.*; 6) *n. a.* وَطْأ, وَطْى Sub axilla accepit. *Gol. ex Mar.* b) وَطُؤَ *Fut.* يَوْطُؤُ *n. a.* وُطُوءَة, وَطَاءَة Aequabilis ac mollis fuit *locus, lectus. Kam. Dj.* II Calcavit, conculcavit *c. a. Kam.*; *n. a.* تَوْطِئَة Expandit, mollem, lenem et aequabilem reddidit *lectum etc. c. a. r. Kam. Dj.*; Aptum reddidit *librum alicui c. a. r. et* ل *p.*; Reddidit *locum* depressum (وطأ) *c. a. Kam.*; Licitum reddidit locum, ut in eo irent; Repetivit homoioteleuton eadem voce eadem significatione utens. *Kam.* III *n. a.* وِطَاء, مُوَاطَأَة (*conf.* الى) Aemulatus fuit, paria fecit *c. a. p.*; Consensit, concordavit *in re cum aliquo c. a. p. et* على *r. Kam. Dj.* واطأ فى الشعر Repetivit homoioteleuton eadem voce eadem significatione utens. *Kam.*; Convenit *res cum re c. a. r. Kam.* IV *n. a.* إيطَاء Effecit, ut *aliquis rem* calcaret *c. a. p. et a. r. Dj.*; Consensit, concordavit, convenit *cum aliquo c. a. p. vel c.* فى *r.*; Imposuit *aliquem equo*, conscendere fecit *c. dupl. acc. Kam.*; De-

pressit, subactum reddidit *aliquem c. a. p. Kam.* أوطأه عشوة *et* العشوة Ad rem haud rectam peragendam eum impulit. *Kam.* آطأ *et* اوطأ الشعر *vel* اوطأ فى الشعر *et* أطأ Repetivit homoioteleuton eadem voce eadem significatione utens. *Kam. Dj.* V Calcavit *pede rem c. a. r. et* ب *instr. Kam. Dj.*; Convenit, consensit *cum aliquo c. a. p. Kam.* VI Convenit ac consensit *cum aliquo in re c.* على. *Kam. Et de pluribus inter se. Dj.* VIII (*ut videtur*) ايتطأ *et* اتطأ Paratus, lenis, mollis, aequabilis factus est. *Kam.*; *n. a.* اتطاء Rectus fuit, *de re. Kam.*; Perfectus fuit, ad finem pervenit. *Kam.* X Mollem, aequabilem invenit, putavit *rem c. a. r. Kam. Dj.*

وطأ Terrae pars depressa (inter conditionem loci, quae نشاز et quae أشراف appellatur). *Kam.*; Vacuus et profundus locus.

وطاء Terrae pars depressa. *Kam.*; Substratum, *sc.* Res, quae corpori substernitur, ut in ea decumbat. *Kam.*

وطاء Substratum, *sc.* Res, quae corpori substernitur, ut in ea decumbat. *Kam. Dj.*

طأة Aequabilitas, mollities. *Kam. Dj.*

طيئة *Idem. Kam. Dj.* على طيئة Commodo modo, commode. *Dj.*

وطأة Locus pedis, vestigium pedis. *Kam. Dj.*; Calcatio. *Dicitur* وطئه وطأة المتثاقل Dure eum tractavit. خفيف الوطاة Mitis, placidus. *conf. Hamas. p.* ٣٢٠; Violentia; Vehemens apprehensio. *Kam.*; Planities. *Vit. Salad. p.* 243.

وطأة Viatores. *Kam.*

وطيء (*forma* فعيل) Aequabilis, mollis. *Kam. Dj.*

واطئة Viatores. *Kam. Dj.*; Decidui dactyli. *Kam.*

وطاءة, وطوءة Aequabilitas, mollities. *Kam. Dj.*

وطيئة Dactyli, quorum nuclei exemti sunt, qui lacte admixto subiguntur, *vel* Lac schistum (اقط) cum saccharo subactum. *Kam.*; Saccus. *Dj.*, isque concisis et siccatis carnibus impletus. *Kam.*; Panis bis coctus. *Kam.* وطيئة قدم βῆμα ποδός, Passus terrae. *Gol. ex Act. Apost.* VII, 5.

أوطأ Mollior, tenerior. *Reisk. ad Gol.*

ايطاء Quod idem vocabulum eandem significationem praebens homoioteleuti constituendi causa repetitur paucis tantum versibus interiectis. *conf. Darstell. d. Ar. Versk. p.* 325 *sq.*

توطئة Introductio, praeparatio sequentium.

موطأ *et* موطىء *Pl.* مواطئ Locus pedis, vestigium pedis. *Kam. Dj. vide* وطأة.

موطأ Conculcatus. موطأ الأكناف Lenis, natura facilis, generosus, liberalis, *et* hospitalitate humanus, *vel* Is, in cuius propinquo socius potens est et qui a nemine laeditur. *Kam.* موطا العقب Multos asseclas seu pone sequentes habens *rex. Kam.*

ميطاء Terrae pars depressa. *Kam.*

موطى *aut* موطيى Conculcatus, contritus. *Gol. ex Luc.* XXI, 25.

وطب *Plur. in paucis* أوطب *Plur. in multis usitatus* وطاب (*etiam* أوطاب *et Plur. a Plurali derivatus* أواطب) Uter, *pec.* cui lac inditur (ex pelle animalis bimi جذع aut adultioris factus. *conf.* سقاء نحى) (*uti* قربة uter aquarius). (*conf.* شكوة *et* بدرة). صفرت وطابه Mortuus fuit *vel* occisus fuit. *Kam.* الوطب Natura durus et saevus *vir. Kam.*; Magna mamma. *Kam.*

وطباء *Fem.* Mammosa *mulier*, mammas magnitudine utrium habens. *Kam.*

وطث *Fut.* يطث *n. a.* وطث (*conf.* وطس) Pedem valide impegit solo. *Kam.*

وطح *Fut.* يطح Violenter pepulit trusitque suis manibus *c. a. Kam.* VI *De plur.* Invicem sibi intulerunt malum, *vel* Conflictati sunt inter se. *Kam.*; Sese prementes adierunt *lacum aquatorium cameli c. a. r. Kam.*

وطح Sordes lutosae ac scabiosae, quae ungulis quadrupedum bisulcorum, aviumque unguibus adhaerent. *Kam.*

تواطخ VI Ultro citroque versavit, tractavit *gens rem* inter se *c. a. r. Kam.*

وطد *Fut.* يطد *n. a.* وطد, طدة 1) Stabilivit, firmavit *rem*

c. a. r. Kam. Dj.; 2) Coniunxit compegitque *rem cum alia c. a. et* الى *r. Kam.*; 3) Valide *in terram* impegit, proiecit *c. a. r. et* على *loci. Dj.*; 4) *n. a.* وَطْد Complanavit et accommodavit *locum alicui c.* ل *p. et a. r. Kam.*; 5) Conculcavit *locum*, ut durus fieret *c. a. r. Kam.*; 6) Instrumento ميطدة appellato percussit *locum*, ut durus fieret ad fundamentum aedificii iaciendum *c. a. r. Kam.*; 7) Obiecit imposuitque *ostio speluncae saxum*, obstruendi ergo *c. a. et* على. *Dj.*; 8) *n. a.* وَطْد Contemsit, abivit. *Gol. ex Mar.*; 9) Stabilis, firmus, perennis fuit. *Kam.*; 10) Profectus fuit *vir. Kam.* II *n. a.* تَوْطِيد Stabilivit, firmavit *rem c. a. Kam. Dj.* V Firmatus fuit, firmus stabilisque constitit. *Kam. Dj.*

وَاطِد Firmus, stabilis. *Dj.*

وَطْدَة Violentia; Percussio, quae pede fit. *Kam.* *Sic in verbis*: اللهمّ اشْدُدْ وَطْدَتَك على مُضَر. *Kam.*

وَطِيد Stabilis, firmus, firmatus, stabilitus. *Kam.*

وَطَائِد *Pl.* Bases *aedificii. Kam. Dj.*; Sustentacula *ollae. Kam.*

أَوْطَاد *Pl.* Montes. *Jac. Schult.*

مَوْطُود *i. q.* وَطِيد. *Kam.*

مِيطَدَة Caput et manubrium terebrae. *Dj.*; Lignum, quo solum complanatur et durum redditur. *Kam.*

مُتَوَاطِد Stabilis, durans, perennis. *Kam.*; Vehemens, durus. *Kam.*

وَطَر *Pl.* أَوْطَار Res factu necessaria, *vel* res necessaria, quae sollicitat hominem. *Dicitur* قضيت وطرى. *Kam.*

وَطَس *Fut.* يَطِس *n. a.* وَطْس 1) Vehementer percussit pede vel alia re *c. a. Kam. Dj.*, *et pecul.* valide impegit pedem solo, *vel* solum quassit; 2) Fregit, confregit *c. a. r. Kam.* VI *De plur.* (*conf.* تواطح) Irruerunt *in me c.* على. *Kam.*; Collisus quassatusque fuit, *de fluctibus. Kam.*

وَطِيس Fornax. حَمِىَ الوطيس Exarsit bellum. *Kam. Dj.*, *aliis* Fovea in saxo, circum quam ignis accenditur, ut in ea coquantur carnes. *Harir. p.* ١٣٤; Lapides rotundi. *Meid. Gol. ex Jac.*; Vehementia, gravitas rei. *Diw. Huds.*; *et i. q.* وَطَّاس Pastor. *Gol. ex Mar.*

وَطَّاس Pastor. *Kam.*

وَطِيسَة Gravitas negotii. *Kam.*

وَطَش *Fut.* يَطِش *n. a.* وَطْش 1) Aperuit, explicavit partem *nuntii c.* ل *p. et a. r. Kam.*; 2) Repulit, propulsavit *ab aliquo c.* عن. *Kam.*; 3) Percussit *c. a. Kam.*; 4) Dedit paulum. *Dicitur* ما وطش لنا. *Kam.*; 5) Obscurus, haud explicatus fuit. *Kam.* II *n. a.* تَوْطِيش Paravit modum sermonis, consilii, facti *c.* ل *p. Kam. Dj.*; Explicuit partem *sermonis. Dicitur* وطّش لى شيا من الحديث وعطّش حتى اذكره. *Kam. Dj.*; Vim habuit *in rem*, vestigium impressit *c.* فى *r. Kam.*; Repulit, propulsavit *c. a. p. Dicitur* ضربوه فما وطّش اليهم Percusserunt eum, sed non manum extendit versus eos repellens. *Kam. Dj.*; Parum dedit *c.* الى *p. et* ب *r. Dj.*

وَطِف *Fut.* يَوْطَف *n. a.* وَطَف 1) Multos pilos habuit in superciliis. *Kam.*; 2) Effusus fuit, *de pluvia. Kam.*

وَطَف فيها Demisit lacinias. *Kam.*

وَطْفَة Exigua portio. *Dicitur* عليه وطفة من الشَّعر. *Kam.*

أَوْطَف Pilosus circa oculos et supercilia. *Kam. Dj.*; Abundans. *Sic dicitur* ظلام أَوْطَف Tenebrae multae. *Kam.* عيش اوطف Vita commoda. *Kam. Dj.* سحابة وطفاء Nubes dependens, laxa ob multitudinem aquae. *Kam. Dj.*, *vel* Semper effundens aquam sive diu durat pluvia sive non. *Kam.*

وطاق (*vox Turc.*) *Pl.* وطاقات Tentorium. *Vita Salad. p.* 125. 199. 261. *Chrest. mea Arab. p.* ٩٨. *Abulf. Ann. T. III. p.* 146. *Taus. u. eine Nacht. T. I. p.* 16 *et* 116 *ed. Habicht.*

وَطَم *n. a.* وَطْم 1) Calcavit *c. a. r. Kam.*; 2) Laxavit *velamentum c. a. r. Kam.*

وَطَن *Fut.* يَطِن Consuevit *aut* commoratus fuit *aliquo loco c.* ب *l. Kam.* II Paravit sibi, elegit locum, ubi degeret *c. a. Kam. Dj.*; *n. a.* تَوْطِين Applicuit et consuefecit *animum rei c. a. p. et* على *r. Kam. Dj.*; Incitavit animum *ad rem.* IV Commoratus fuit *loco c.* ب *l. Kam. Dj.*; Elegit, paravit locum, ubi commoraretur, degeret *c. a. r. Kam. Dj.* V Consuefactus fuit *rei*, deditus fuit *c.* على *r.* VIII اِتَّطَن Pa-

ravit, elegit locum, ubi degeret. *Kam.* X Paravit, elegit locum, ubi degeret *c. a. Kam. Dj.*

وَطَنٌ (*etiam* وَطْنٌ *poëtis. Kam. Dj.*) *Plur.* أَوْطَانٌ Locus, ubi quis degit (*sive* natalis *sit*, *sive* alius). *Kam. Dj.* الوطن الاصلى Locus, ubi quis natus est, et ubi quis degit. وطن الاقامة Locus, ubi quis quindecim dies vel plures etiam versatur, non capiens domicilium. *Tarif.*; Locus, ubi cubant oves et boves. *Kam. Dj.*

